135. anili wie 22, 33. — 140. Beachte den Ggs. exclamant—obmutuit; der höchste Schmerz ist sprachlos. — 141. introrsus h. 'inwendig'. Eben so Fast. IV 845 Haec ubi rex didicit, lacrimas introrsus obortas Devorat, et clausum pectore vulnus habet. — 143. adversa terra 'die Erde vor ihr'. — modo—interdum—nunc wie 6, 77. — 144. sustollo gehört hauptsächlich der älteren Latinität an u. ist der class. Prosa fremd. — 145. positi, der Leichnam ist unterdess aus dem Wasser ge-

zogen und vor ihr niedergelegt worden. — 147. simul = simulatque. — tamquam regina maneret ('fortführe zu sein, noch wäre') gehört zum Nachsatze. — 148. poenae in imagine tota est 'ist ganz in die Vorstellung der Rache versenkt'. — 150. Signa pedum, hostis. — 152. animorum 'ihres königl. Stolzes', s. zu 4, 3. Beachte das Wortspiel in dem Ggs. animorum—annorum, vgl. 38, 360 und unten 166 non lumen—loca luminis. — 153. artifex 'der listige Anstifter'. — 154. nam = dicit enim; monstrare 'anzeigen'; relictum, in Troja. — 158. Tolle s. zu 33, 273 solantia

- 160 Per superos iuro.' Spectat truculenta loquentem
Falsaque iurantem, tumidaque exaestuat ira.
Atque ita correpto captivarum agmina matrum
Invocat, et digitos in perfida lumina condit,
Expilatque genis oculos, — facit ira valentem —
165 Immergitque manus, foedataque sanguine sonti
Non lumen, — neque enim superest — loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens inritata tyranni
Troada telorum lapidumque incessere iactu
Coepit. At haec missum rauco cum murmure saxum
170 Morsibus insequitur, rictuque in verba parato
Latravit conata loqui; — locus exstat, et ex re
Nomen habet — veterumque diu memor illa malorum
Tum quoque Sithonios ululavit maesta per agros.
Illius Troasque suos hostesque Pelasgos,
175 Illius fortuna deos quoque moverat omnes:
Sic omnes, ut et ipsa Iovis coniunxque sororque
Eventus Hecubam meruisse negaverit illos.

40. Memnon.

(XIII 576—622.)

- Non vacat Aurorae, quamquam isdem faverat armis,
Cladibus et casu Troiaeque Hecubaeque moveri.
Cura deam propior luctusque domesticus angit
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
5 Vidit Achillea pereuntem cuspide mater:
Vidit, et ille color, quo matutina rubescunt
Tempora, palluerat, latuitque in nubibus aether.
At non inpositos supremis ignibus artus
Sustinuit spectare parens; sed crine soluto,
10 Sicut erat, magni genibus procumbere non est

tollite verba. — 162. *Atque ita* (in ihrem Zorn) *correpto*, abl. abs. mit Weglassung des Subj. wie 5, 16 *accepta*, 7, 217 *visis*. — 163. *Invocat*, zu Hilfe gegen ihn. — 166. *loca luminis* 'die Augenhöhlen'; *haurit* wie 27.

168. *Troada*, Hecubam. — 169. *murmure* h. 'Geknurr', s. zu 7. *saxum morsibus insequitur*, nach Art der Hunde. — 170. *in verba parato* 'zum Reden geöffnet'. — 171. *locus ex re nomen habet*, den Namen *Cynossema*, *κυνός σσημα*, das Grabmal der Hündin, auf der thrac. Chersones unweit Sestos. — 173. *Tum quoque* 'auch da noch', nach ihrer Verwundlung. — 174. *Illius*, fortuna.

— 176. *Sic omnes* 'so vollständig alle'. — *Iovis coniunx et soror*, Juno war wegen des Urtheiles des Paris die heftigste Feindin der Troer.

Ueber *Memnon* s. Reg. II. — 1. *vacat* s. zu 12, 59. — *isdem faverat armis*, atque Hecuba = Troianis. — 4. *lutea* 'goldgelb' vom Farbekraut *lutum* (*reseda luteola* L.). — 6. *Vidit*, die Wiederholung wie 7, 209. — Aehnli. verdunkeln sich Phöbus und Lucifer in ihrer Trauer 4, 412 ff. 33, 158 ff. — 8. *supremi ignes* wie 6, 137 *suprema funera*. — 10. *procumbere genibus*, statt des Dat. ist gewöhnlicher *ad genua*.

- Dedignata Iovis lacrimisque has addere voces:
'Omnibus inferior, quas sustinet aureus aether, —
Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem —
Diva tamen venio, non ut delubra diesque
15 Des mihi sacrificos caliturasque ignibus aras.
Si tamen adspicias, quantum tibi femina praestem,
Tum cum luce nova noctis confinia servo,
Praemia danda putes. Sed non ea cura, neque hic est
Nunc status Aurorae, meritos ut poscat honores:
20 Memnonis orba mei venio, qui fortia frustra
Pro patruo tulit arma suo, primisque sub annis
Occidit a forti — sic vos voluistis — Achille.
Da, precor, huic aliquem, solacia mortis, honorem,
Summe deum rector, maternaque vulnera leni!
25 Iuppiter adnuerat, cum Memnonis arduus alto
Conruit igne rogas, nigrique volumina fumi
Infecere diem, veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec sol admittitur infra.
Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum
30 Densetur faciemque capit, sumitque calorem
Atque animam ex igni; levitas sua praebuit alas.
Et primo similis volucris, mox vera volucris
Insonuit pennis; pariter sonuere sorores
Innumerae, quibus est eadem natalis origo.
35 Terque rogam lustrant, et consonus exit in auras
Ter clangor; quarto seducunt castra volatu.
Tum duo diversa populi de parte feroces
Bella gerunt, rostrisque et aduncis unguibus iras
Exercent, alasque adversaque pectora lassant;
40 Inferiaeque cadunt cineri cognata sepulto

12. *Omnibus*, aus *quas* sieht man, dass Göttinnen gemeint sind. — 13. *rarissima templa*, von einem Tempel der Aurora haben wir bis jetzt keine Kunde. — 16. Statt gleich fortzufahren, *sed ut Memnoni meo aliquem honorem des*, unterbricht sie sich durch eine Einschaltung. *femina* 'obwol nur ein Weib'. — 17. *cum noctis confinia servo*, gleichsam um Uebergriffe der Nacht zu verhüten. — 20. *Memnonis orba* s. zu 7, 10 *luminis orbis*. — 21. *primis sub annis* wie 37, 37. — 22. *Occidit a* wie 11, 165. — 23. *aliquem* zu betonen, wie 5, 14 *aliquis*.

25. *alto igne*, abl. qualit. 'mit hochlodernder Flamme'. — 31. *sua* 'ihr, der Asche, eigenthümlich'. —

32. Beachte das *volucris* neben *volucris*, wodurch die Eintönigkeit vermieden wird. Ueberhaupt suchen die Dichter bei Wiederkehr desselben (mehrsilb.) Wortes in demselben Verse möglichst den gleichen Versaccent zu meiden: vgl. 13, 100—102 (*simul*). 26, 58. 27, 1. 15. 23. — 36. *seducunt castra*, dh. 'trennen sich in zwei Parteien', vgl. 37, 117. 350. — 37. *populi*, von Vögeln 'Schwärme'; auch unsere Jägersagen 'ein Volk Rebhühner'. — 38. *iras exercent* wie 38, 4. — 40. *Ordne corpora cognata cadunt inferiae cineri sepulto*. — *cognata*, weil sie aus einem Theile der Asche des Todten entstanden waren; die übrige Asche wurde beigelegt. Dieser

Corpora, seque viro forti meminere creatas.
 Praepetibus subitis nomen facit auctor: ab illo
 Memnonides dictae, cum sol duodena peregit
 Signa, parentali moriturae luce rebellant.
 45 Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum:
 Luctibus est Aurora suis intenta, piasque
 Nunc quoque dat lacrimas, et toto rorat in orbe.

41. Aeneas in Delos. Die Töchter des Anius und
 des Orion.

(XIII 623—704.)

Non tamen eversam Troiae cum moenibus esse
 Spem quoque fata sinunt. Sacra et, sacra altera, patrem
 Fert umeris, venerabile onus, Cythereus heros.
 De tantis opibus praedam pius eligit illam
 5 Ascaniumque suum, profugaque per aequora classe
 Fertur ab Antandro, scelerataque limina Thracum
 Et Polydoreo manantem sanguine terram

Vogelkampf ist der röm. Sitte nachgebildet, bei feierl. Leichenbegängnissen durch Gladiatorenkämpfe dem Verstorbenen eine Art Todtenopfer darzubringen. — 42. *subitis* wie 3, 153. — *auctor*, der, aus dessen Asche sie entstanden waren. — 43. Von diesen *Memnonides*, einer Art schwarzer Habichte, erzählt Plin. nh. X 74 *auctores sunt omnibus annis advolare Ilium ex Aethiopia aves, et configere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant.* — *cum* 'so oft als'. — 44. *moriturae* bezeichnet die Absicht; *luce parentali* 'am Tage der Todtenfeier'. *parentalia* (*sacra*) hiessen näml. die Todtenopfer, die man den verstorbenen Eltern oder Verwandten alljährlich Ende Februars darbrachte.

45. *aliis flebile visum* est, mit Bezug auf 39, 174 ff.; *latrasse* für in canem mutatum esse: consequens pro antecedente. — 46. *suis* s. zu 1, 13. — 47. *Nunc quoque* s. zu 3, 73. Der Thau wird also als die Thränen der Aurora um ihren Sohn Memnon gedeutet.

1. Ordne *non tamen fata sinunt, cum moenibus Troiae spem quoque*

(Troiae) *eversam esse. Spem*, die Orakel verhiessen, dass die unter Aeneas ausgewanderten Trojaner eine Herrschaft (in Italien) begründen sollten, die sich einst über die ganze Erde erstrecken werde. — 3. *umeris* s. zu 3, 170. *Cythereus heros*, Aeneas, der Sohn des Anchises und der Venus, die auch Cytherea hiess (28, 41). Bei dem Untergange Trojas trug er die Bilder der heimischen Gottheiten (*sacra*, näml. das Palladium u. die troischen Penaten [s. zu 38, 147], die desh. 50, 117 *di, Aeneae comites* heissen) und seinen Vater (*sacra altera* 'ein zweites Heiligthum') auf seinen Schultern aus den Flammen. Wegen dieser That der Frömmigkeit und kindl. Liebe führt er bei den röm. Dichtern fast stetig den Beinamen *pius*, ja, bei Verg. A. I 378 sagt er selbst: *sum pius Aeneas*; vgl. 45, 3. — 6. *ab Antandro*, von hier zog Aeneas mit einem Theile der geflüchteten Trojaner aus, um sich eine neue Heimat zu suchen. Den ersten Versuch einer Niederlassung machten sie in Thracien, verliessen es aber wieder, nachdem sie den Verrath des Polymestor erfahren hatten. Ausführlicher schildert die Irrfahr-

Linqvit, et utilibus ventis aestuque secundo
 Intrat Apollineam, sociis comitantibus, urbem.
 10 Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phoebus
 Rite colebatur, temploque domoque recepit,
 Urbemque ostendit delubraque nota duasque
 Latona quondam stirpes pariente retentas.
 Ture dato flammis, vinoque in tura profuso,
 15 Caesarumque boum fibris de more crematis,
 Regia tecta petunt, positisque tapetibus altis
 Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
 Tum pius Anchises: 'O Phoebi lecte sacerdos,
 Fallor, an et natum, cum primum haec moenia vidi,
 20 Bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?'
 Huic Anius niveis circumdata tempora vittis
 Concutiens et tristis ait: 'Non falleris, heros
 Maxime: vidisti natorum quinque parentem,
 Quem nunc — tanta homines rerum inconstantia versat —
 25 Paene vides orbem. Quod enim mihi filius absens
 Auxilium, quem dicta suo de nomine tellus
 Andros habet pro patre, locumque et regna tenentem?
 Delius augurium dedit huic; dedit altera Liber
 Femineae stirpi voto maiora fideque
 30 Munera, nam tactu natarum cuncta mearum
 In segetem laticemque meri bacamque Minervae
 Transformabantur, divesque erat usus in illis.
 Hoc ubi cognovit Troiae populator Atrides, —
 Ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
 35 Nos quoque parte putes — armorum viribus usus
 Abstrahit invitas gremio genitoris, alantque
 Imperat Argolicam caelesti munere classem.

ten des Aeneas Vergilius in seiner Aeneide. — 8. *aestus* h. 'die Strömung' des Meeres. — 9. *Apollinea urbs*, Delos.

10. *Anius* war zugleich König und Priester, daher *quo rege homines* (colebantur, quo) *antistite Phoebus colebatur* 'der als König das Wol der Menschen, als Priester die Verehrung des Phöbus betrieb' (vgl. 22, 111); über das Zeugma s. zu 4, 343. — 12. *note* h. 'berühmt'. Ordne *duasque stirpes quondam*, (cum Latona pareret, ab ea) *retentas* ('festgehalten, umschlungen'), vgl. 14, 23. — 16. *positis altis* 'hochgebretet', weil sie auf hohe Polster gebretet wurden. — 18. *lecte*, auserlesener

= 'vortrefflicher'. — 19. *et—que*, selten statt *et—et*.

21. *niveis vittis* s. zu 11, 283. — 26. *suo*, auf das Obj. *quem* bezogen. — 27. *pro patre*, dh. statt dass ihn sein Vater bei sich haben möchte. — *locum et regna* 'Land und Herrschaft'. — 28. *augurium* 'die Gabe der Weissagung'. — 29. *voto fideque* übers. nach 17, 159 *speque fideque maiora*. — 31. *seges* h. das Getreide als Korn, nicht als auf dem Felde stehende Saat. *bacam Minervae* s. zu 22, 51. — 32. *in illis*, *fliabus*. — 34. *ex aliqua parte* 'in etwas wenigstens'. — *procella* h. 'das Kriegsgewitter'. — 35. *usus* übers. nach der Bem. zu 3, 157 *vectus*. —

- Effugiunt, quo quaeque potest: Euboea duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita est.
40 Miles adest, et, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas consortia pectora poenae
Dedit; et timido possis ignoscere fratri:
Non hic Aeneas, non, qui defenderet Andron,
Hector erat, per quos decimum durastis in annum.
45 Iamque parabantur captivis vincla lacertis:
Illae tollentes etiamnum libera caelo
Bracchia "Bacche pater, fer opem!" dixere; tulitque
Muneris auctor opem, si miro perdere more
Ferre vocatur opem. Nec, qua ratione figuram
50 Perdiderint, potui scire aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est: pennas sumpsere, tuaeque
Coniugis in volucres, niveas abiere columbas.
Talibus atque aliis postquam convivia dictis
Implerunt, mensa somnum petiere remota.
55 Cumque die surgunt adeuntque oracula Phoebi;
Qui petere antiquam matrem cognataque iussit
Litora. Prosequitur rex et dat munus ituris,
Anchisae sceptrum, chlamydem pharetramque nepoti,
Crateram Aeneae, quam quondam transtulit illi
60 Hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris.
Miserat hanc illi Therses, fabricaverat Alcon
Hylæus, et longo caelaverat argumento.
Urbs erat, et septem posses ostendere portas.
Hae pro nomine erant et, quae foret illa, docebant.
65 Ante urbem exsequiae tumulique ignesque pyraeque

38. *duabus, et totidem natis* s. zu 3, 172 *sumitur illi*. — 40. *Miles* wie 17, 21; *adest*, in insula Andro. — 41. *pietas* fraterna. *consortia pectora*, Umschreibung für sorores. Eben so stand *pectora* synekdochisch für die ganze Person 5, 26; über *consors* s. zu 20, 184 *consorti sanguini*. — *poenae*, dafür, dass sie entflohen waren. — 44. *durare* h. 'ausdauern'. — 46. *tollentes caelo* s. zu 4, 19 *caelo brachia porrexit*. — 47. *pater* s. zu 30, 48. — 50. *scire* 'erfahren'. *aut* s. zu 3, 161. — 51. *Summa mali* 'die Hauptsache des Unglücks', im Ggs. zu den unbekanntem Neben Umständen. — 52. *tuae coniugis*, der Venus, welche dem Anchises den Aeneas geboren hatte. Ueber die Tauben der Venus s. zu 28, 32. — *abiere in* s. zu 3, 74.

56. *antiquam matrem* 'das alte Mutterland', womit Italien gemeint war, weil Dardanus, der Stammvater der Troer, nach der spätern röm. Sage von dort nach Phrygien eingewandert war. — 57. *munus* 'als Geschenk'. — 58. *nepoti*, Ascanio. — 62. *argumentum* h. 'eine Darstellung'; *argumento caelaverat* übers. nach 38, 158 *caelatus imagine mundi*. — 63. *posses ostendere* s. zu 2, 74 *scires*. — 64. *Hae pro nomine erant*, dh. aus der Siebenzahl der Thore erkannte man auch ohne hinzugefügten Namen, welche Stadt es sein sollte, näm. das böot. Theben, das häufig das siebenthorige, *ἑπτὰπύλος*, heisst. — 65. *ignesque pyraeque*, brennende und nicht brennende Holzstöße; das mehrfach wiederholte *que* malt die Häufig-

- Effusaeque comas et apertae pectora matres
Significant luctum. Nymphae quoque flere videntur.
Siccatosque queri fontes. Sine frondibus arbor
Nuda riget; rodunt arenia saxa capellae.
70 Ecce facit mediis natas Orione Thebis,
Hac non femineum iugulo dare vulnus aperto,
Illac demisso per inertia vulnere tela
Pro populo cecidisse suo; pulchrisque per urbem
Funeribus ferri celebrique in parte cremari.
75 Tum de virginea geminos exire favilla,
Ne genus intereat, iuvenes, quos fama Coronas
Nominat, et cineri materno ducere pompam.
Haec antequam signis fulgentibus aere,
Summus inaurato crater erat asper acantho.
80 Nec leviora datis Troiani dona remittunt,
Dantque sacerdoti custodem turis acerram,
Dant pateram claramque auro gemmisque coronam.

keit der genannten Dinge. — 66. *apertae pectora*, weil sie sich das Gewand vorn zerrissen haben, s. zu 4, 366 *laniata sinus*. — 67. Theben litt damals durch eine grosse Trockenheit und eine Pest. — 69. *rodunt arenia saxa*, indem sie Moos und Flechten abnagen. — 70. *facit*, Subj. der Künstler, 'er stellt dar'; in Prosa würde bei *facit* in dieser Bedeutung statt des Inf. das Partic. stehen. *natas Orione*, nach einem Orakelspruch sollten jene Leiden der Stadt nur enden, wenn zwei Jungfrauen geopfert würden, worauf sich die beiden Töchter des Orion, Menippe und Metioche, freiwillig zum Opfer brachten. — 71. *Hac Illac* 'auf diesem, auf jenem Felde' des Kunstwerkes. — *non femineum* wie man es nicht von einem Weibe erwarten sollte, heldenmüthig, vgl. 39, 53 *plus quam femina virgo*. — 72. Man sagte nicht bloss *demittere ferrum* (8, 92), sondern auch *demittere vulnus* 'eine Wunde schlagen', eig. vertiefen; vgl. 28, 4 *vulnus altius actum*. — *per inertia tela* 'durch stumpfe Waffen'; sie tödteten sich nämlich mit dem Weberschiffchen, das sonst *radius* heisst, einem langen, an beiden Seiten zugespitzten Stabe. — 73. *cecidisse*,

diese sah man also schon hingesunken. — 74. Zu *ferri* und *cremari* sind beide Schwestern Subject. Die Bestattung hat man sich auf einem andern Felde dargestellt zu denken. Nach griech. Sage wurden sie in Sterne verwandelt. — *pars* (urbis) 'Platz'. — 76. *genus*, Orionis. — 77. *cineri materno ducere pompam*, sie führten den Trauerzug an, der die übrige Asche der beiden Schwestern (vgl. 40, 40) zu ihrem Grabmal geleitete. — 78. 'Während so weit (wie eben geschildert) auf dem alterthüml. Erze Bildwerke schimmerten, war der oberste Rand (*summus crater*, *κατῆ*) usw. — *antiquo*, das Alter solcher Gefässe erhöhte ihren Werth, vgl. 37, 67. — 79. *asper* wie 37, 66; *acanthus* 'Bärenklau' wurde sehr häufig als Zierat bei Bildwerken, Seulencapiteln udgl. angebracht.

80. *leviora* 'geringere', *remittunt* 'erwidern'. — 81. *custodem turis*, vgl. 20, 61 *eburnea telorum custos*.

Seine weitere Fahrt bringt den Aeneas nach Sicilien und in die Nähe der *Scylla* (s. Reg. II.), was dem Dichter Veranlassung bietet die beiden folg. Erzählungen ein-

42. Acis und Galatea.

(XIII 732—897.)

- Scylla feris atram canibus succingitur alvum,
 Virginis ora gerens et, si non omnia vates
 Ficta reliquerunt, aliquo quoque tempore virgo.
 Hanc multi petiere proci; quibus illa repulsis
 5 Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,
 Ibat, et elusos iuvenum narrabat amores.
 Cui dum pectendos praebet Galatea capillos,
 Talibus adloquitur, repetens suspiria dictis:
 'Te tamen, o virgo, genus haud immite virorum
 10 Expetit, utque facis, potes his impune negare:
 At mihi, cui pater est Nereus, quam caerulea Doris
 Enixa est, quae sum turba quoque tuta sororum,
 Non nisi per luctus licuit Cyclopi amorem
 Effugere —' et lacrimae vocem impediere loquentis.
 15 Quas ubi marmoreo deterisit pollice virgo,
 Et solata deam est, 'Refer, o carissima,' dixit
 'Neve tui causam tege — sum tibi fida — doloris.'
 Nereis his contra resecula Crataeide natam est:
 'Acis erat Fauno nymphaque Symaethide cretus,
 20 Magna quidem patrisque sui matrisque voluptas,
 Nostra tamen maior: nam me sibi iunxerat uni.
 Pulcher et octonis iterum natalibus actis
 Signarat dubia teneras lanugine malas.
 Hunc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat;
 25 Nec, si quaesieris, odium Cyclopi amorne
 Acidis in nobis fuerit praesentior, edam:
 Par utrumque fuit. Pro, quanta potentia regni
 Est, Venus alma, tui! Nempe ille immitis et ipsis
 Horrendus silvis, et visus ab hospite nullo

zuschalten. — 2. Beachte den Ggs. *Virginis ora gerens* und *virgo* 'eine wirkliche Jungfrau'. — *vates* h. Dichter. — 3. Verb. *virgo quoque*, s. zu 3, 130. — 8. *adloquitur*, Galatea eam. *repetens suspiria* 'tief aufseufzend', vollständiger 4, 156 *pectore sollicito repetens suspiria*.

9. *genus haud immite* 'eine nicht wilde Gattung' im Ggs. zu *Cyclops* 13. — 10. *his negare* 'sie abschlägig bescheiden'. — 12. *turba sororum*, es waren 50 Nereiden. — 13. *per luctus* übers. nach 27, 51 *per fletus*. — *Cyclopi*, seinen Namen s. 34. —

15. *marmoreo* 'marmorweiss'.

19. *cretus* wie 11, 258. — 21. *me sibi iunxerat uni*, übers. 'er allein hatte mich an sich gefesselt'. — 22. *octonis iterum natalibus actis*, abl. qual. wie 19, 87 *natalibus actis bis puerum senis*. — 23. *Signarat malas*, im D. das Passivum. — 24. *Hunc ego*, was ist zu ergänzen? — *nulla cum fine*, als Femin. ist *finis* vorzögl. in der älteren Sprache nicht selten. — 25. Verb. *nec edam* ('vermöchte es zu sagen'). — 26. *Acidis*, gen. obj. *praesens* 'mächtig', s. zu 16, 171. — 27. *Pro*, Interj. — 28. *alma* s. zu 45, 38. *ipsis silvis*, Dativ.

- 30 Impune, et magni cum dis contemptor Olympi,
 Quid sit amor, sentit, validaque cupidine captus
 Uritur, oblitus pecorum antrorumque suorum.
 Iamque tibi formae, iamque est tibi cura placendi,
 Iam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos,
 35 Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam,
 Et spectare feros in aqua et componere vultus.
 Caedis amor feritasque sitisque immensa cruoris
 Cessant, et tutae veniuntque abeuntque carinae.
 Telemus interea Siculam delatus ad Aetnaen,
 40 Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
 Terribilem Polyphemon adit, "Lumen" que, "quod unum
 Fronte geris media, rapiet tibi" dixit "Ulixes."
 Risit et "O vatum stolidissime, falleris" inquit:
 "Altera iam rapuit." Sic frustra vera monentem
 45 Spernit, et aut gradiens ingenti litora passu
 Degravat, aut fessus sub opaca revertitur antra.
 Prominet in pontum cuneatus acumine longo
 Collis, utrumque latus circumfluit aequoris unda:
 Huc ferus adscendit Cyclops, mediusque resedit:
 50 Lanigeras pecudes nullo ducente secutae.
 Cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum,
 Ante pedes posita est, antennis apta ferendis,
 Sumptaque harundinibus compacta est fistula centum,
 Senserunt toti pastoria sibila montes,
 55 Senserunt undae. Latitans ego rupe, meique
 Acidis in gremio residens, procul auribus hausi
 Talia dicta meis, auditaque verba notavi:
 "Candidior folio nivei, Galatea, ligustri,
 Floridior pratis, longa procerior alno,
 60 Splendidior vitro, tenero lascivior haedo,

— 30. *Olympi cum dis* 'des Olympus mit seinen Göttern'. — *contemptor* vgl. unten 125 und Od. IX 273 ff. — 33. *Iam*, über die Anaphora s. zu 2, 9. Die Bemühungen des Ungeheuers lebenswürdig zu erscheinen sind höchst ergötlich. — 36. *componere*, etwa 'in freudl. Falten legen, oder säntigen', vgl. *mare compositum* 23, 130. — 40. *Telemus*, über diese Art der Wiederholung s. zu 3, 175 *bucina*, vgl. auch Hom. Od. IX 509. — *quem nulla* ('nie ein') *fefellerat ales* soll seine Untrüglichkeit als Seher bezeichnen, vgl. 11, 320. — 44. *Altera* nämli. Galatea; *rapuit*, indem sie meinen Blick stets an sich fesselt. — 45.

litora, wo er auf das Erscheinen der Meergöttin wartet.

47. *longo*, die sich lang ins Meer erstreckt. — 49. *medius* = medio colle, inter utrumque latus. Wesh. wählt er sich gerade diesen Platz? — 53. *Ordne et sumpta est fistula compacta centum harundinibus*; die gewöhl. Hirtenpfeife bestand aus sieben Röhren (s. zu 5, 3), dem Cyclopien aber genügt diese Zahl nicht. — 54. *Senserunt* 'spürten es', dh. erzitterten davon, *pastoria sibila* = sibila pastoriae fistulae 'sein Hirtengeflöte'.

58. Wie Alles an der Erscheinung des Cyclopien plump und geschmacklos ist, so die Flut von ungeschick-

- [Levior adsiduo detritis aequore conchis,
Solibus hibernis, aestiva gratior umbra,
Nobilior palma, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior uva,
65 Mollior et cycni plumis et lacte coacto,
Et, si non fugias, riguo formosior horto:
Saevior indomitis eadem Galatea iuvenis,
Durior annosa quercu, fallacior undis,
Lentior et salicis virgis et vitibus albis,
70 His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pavone superbiore, acrior igni,
Asperior tribulis, feta truculentior ursa,
Surdior aequoribus, calcato immitior hydro,
Et, quod praecipue vellem tibi demere possem,
75 Non tantum cervo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis volucrique fugacior aura!
At, bene si noris, pigeat fugisse, morasque
Ipsa tuas damnes, et me retinere labores.
Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo
80 Antra, quibus nec sol medio sentitur in aestu,
Nec sentitur hiems; sunt poma gravantia ramos,
Sunt auro similes longis in vitibus uvae,
Sunt et purpureae: tibi et has servamus et illas.
Ipsa tuis manibus silvestri nata sub umbra
85 Mollia fraga leges, ipsa autumnalia corna,
Prunaeque, non solum nigro liventia suco,
Verum etiam generosa novasque imitantia ceras.
Nec tibi castaneae me coniuge, nec tibi derunt
Arbuti fetus: omnis tibi serviet arbor.
90 Hoc pecus omne meum est; multae quoque vallibus errant,
Multas silva tegit, multae stabulantur in antris.
Nec, si forte roges, possim tibi dicere, quot sint:

ten Epithetis und Vergleichen, womit er die Geliebte überschüttet. — 61. *Levior*, nicht *levior*. *adsiduo*, von der rastlosen Wellenbewegung. — 62. *Solibus* wie 3, 273. — 63. *conspectior*, s. zu 37, 376. — 65. *lac coactum* s. zu 22, 53. — 67. *eadem* 'dagegen auch'. *Idem* steht zuweilen, wo von einem genannten Gegenstande noch etwas Neues, entweder Gleichartiges oder Entgegengesetztes hinzugefügt wird, u. lässt sich dann mit: auch, zugleich, ebenfalls, doch, hingegen uä. wiedergeben. — 69. *Lentior*, 'zäher', so dass ihr Sinn nicht zu brechen ist.

vitibus alba, die Zaunrübe oder Gicht-rübe (*Bryonia alba* L.), die zum Korbflechten diene. — 75. Beachte das prosaische *Non tantum—verum etiam* so wie V. 83 et *has, et illas* uö. — 77. *bene noris* wie 2, 44. — 79. *pars montis* bezeichnet die Grösse der Höhle. *pendentia* 'mit schwebendem Bogen, gewölbt'; *vivo* s. zu 12, 42. — 80. *quibus* Abl. st. in quibus. — 87. *imitantia* wie 4, 34 *flammae imitante pyropo*. — 88. *derunt* s. zu 1, 77. — 90. *multae*, denke hinzu oves, was mit Rücksicht auf 50 aus *pecus* zu entnehmen ist; man nennt dies constructio

- Pauperis est numerare pecus. De laudibus harum
Nil mihi credideris: praesens potes ipsa videre,
95 Ut vix circumeant, distentum cruribus uber.
Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni,
Sunt quoque, par aetas, aliis in ovilibus haedi,
Lac mihi semper adest niveum. Pars inde bibenda
Servatur, partem liquefacta coagula durant.
100 Nec tibi deliciae faciles leporesque capraeque,
Parve columbarum demptusve cacumine nidus:
Inter se similes, vix ut dignoscere possis,
105 Villosae catulos in summis montibus ursae,
Inveni et dixi "Dominae servabimus istos."
Iam modo caeruleo nitidum caput exsere ponto,
Iam, Galatea, veni, nec munera despice nostra!
Certe ego me novi liquidaeque in imagine vidi
110 Nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.
Adspice, sim quantus! Non est hoc corpore maior
Iuppiter in caelo: nam vos narrare soletis
Nescio quem regnare Iovem. Coma plurima torvos
Prominet in vultus, umerosque ut lucus obumbrat.
115 Nec mea quod rigidis horrent densissima saetis
Corpora, turpe puta: turpis sine frondibus arbor,
Turpis equus, nisi colla iubae flaventia velent;
Barba viros hirtaeque decent in corpore saetae.
Unum est in media lumen mihi fronte, sed instar
120 Ingentis clipei. Quid? non haec omnia magno
Sol videt e caelo? Soli tamen unicus orbis.
Adde, quod in vestro genitor meus aequore regnat.
Hunc tibi do socerum. Tantum miserere, precesque
Supplicis exaudi: tibi enim succumbimus uni.

ad sensum od. κατὰ σύρεσιν. — 94. *Nil credideris* wie 37, 281. — *praesens* wie 14, 8. — Ordne *potes videre uber* (in) *cruribus* (ita) *distentum, ut vix circumeant*. — 96. *fetura minor* 'die jüngere Zucht'. — 97. *par aetas*, (den vorigen) gleichalterig. — 98. Genau nach Hom. Od. IX 246 ff. — *inde* st. des partitiven eius, eorum wie 17, 26. — 99. *liquefacta coagula* 'aufgeweichtes Lab', in Wasser aufgeweichter Kälbermagen od. d. Saft d. wilden Feigenbaums (Feigenlab, ὀπός), durch deren Beimischung die Milch zu Käse gerann (*durant*). — 100.

faciles 'leicht zu erlangen', vgl. *ianua difficilis* 19, 17. — 101. *capra* = capra fera, das Reh. — 102. *Parve* hat mit parvus nichts zu schaffen. — 103. Verb. *inveni in summis montibus*. Mit Absicht ist *ursae* an das Ende des Satzes gestellt, um durch die Spannung der Erwartung eine desto komischere Wirkung zu erzielen. — 108. *nec* s. zu 4, 160. — 113. *Nescio quem*, verächtl., s. zu 13, 40. — *torvos* h. 'streng od. ernst'. — 114. *umeros* s. zu 3, 170. — 116. *Corpora* s. zu 1, 2 *coeptis* unter C 1. — 120. *haec omnia*, dh. die ganze Welt. — 122.

- 125 Quique Iovem et caelum sperno et penetrabile fulmen,
Nerei, te vereor: tua fulmine saevior ira est.
Atque ego contemptus essem patientior huius,
Si fugeres omnes. Sed cur Cyclope repulso
Acin amas? praefersque meis amplexibus Acin?
- 130 Ille tamen placeatque sibi, placeatque licebit,
Quod nollem, Galatea, tibi: modo copia detur!
Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.
Viscera viva traham divulsaque membra per agros.
Uror enim, laesusque exaestuat acrius ignis;
- 135 Cumque suis videor translata viribus Aetnam
Pectore ferre meo: nec tu, Galatea, moveris!"
Talia nequiquam questus — nam cuncta videbam —
Surgit et, ut taurus vacca furibundus adempta,
Stare nequit, silvaeque et notis saltibus errat:
- 140 Cum ferus ignaros nec quicquam tale timentes
Me videt atque Acin, "Video" que exclamat "et ista
Ultima sit faciam veneris concordia vestrae!"
Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere
Debit, illa fuit. Clamore perhorruit Aetne.
- 145 Ast ego vicino pavefacta sub aequore mergor;
Terga fugae dederat conversa Symaethius heros,
"Adfer opem, Galatea, precor, mihi, ferte parentes!"
Dixerat "et vestris periturum admittite regnis!"
Insequitur Cyclops, partemque e monte revulsam
- 150 Mittit et extremus quamvis pervenit ad illum
Angulus e saxo, totum tamen obruit Acin.
At nos, quod solum fieri per fata licebat,
Fecimus, ut vires adsumeret Acis avitas.
Puniceus de mole cruor manabat, et intra

genitor meus, Neptun. — 125. *penetrabile* s. zu 11, 240. — 127. Verb. *essem patientior huius contemptus*. — 129. *Acin* st. *Acidis amplexus*, Compar. compend., s. zu 9, 117. — 130. *placeat licebit* s. zu 4, 89. — 131. *Quod nollem*, mag er auch dir gefallen, wovon ich freilich wünschen möchte, es wäre nicht der Fall. Dem Nachsatze *sentiet* usw. ist der Wunsch *modo copia detur!* vorausgeschickt. — 132. *pro* wie 8, 163. — 133. *viva*, dh. 'noch zuckend'. — 134. *laesus*, 'gestört'. — 135. *videor* wie 17, 156. — *viribus* 'Gluten'. Im D. verb.: 'in meine Brust versetzt'.

137. *nam cuncta videbam* dient

zur Erklärung der folg. Schilderung. — 139. *Stare nequit*, dh. 'es lässt ihm keine Ruhe'. — 142. *Ultima veneris concordia vestrae* 'die letzte Vereinigung eurer Liebe', vgl. 25, 42. — 146. *Terga fugae dederat* s. zu 12, 47. — *heros* s. zu 11, 174. — 148. *vestris regnis* (Dat., vgl. 7, 91 *immittor harenas*; 187 *Stygiae demittite nocti*) = aquis, ist an Galatea und an seine Mutter Symaethis gerichtet, die eine Tochter des Flussgottes Symaethus war. — 149. *revulsum* s. zu 44, 27. — 150. *quamvis* s. zu 4, 208. — 152. *per fata* 'mit Zulassung des Schicksals'. — 153. *vires avitas* 'die Eigenschaften seines Grossvaters', des Symaethus.

- 155 Temporis exiguum rubor evanescere coepit,
Fitque color primo turbati fluminis imbre,
Purgaturque mora. Tum moles iacta dehiscit,
Vivaque per rimas proceraque surgit harundo,
Osque cavum saxi sonat exsultantibus undis;
- 160 Miraque res, subito media tenus exstitit alvo
Incinctus iuvenis flexis nova cornua cannis,
Qui, nisi quod maior, quod toto caerulus ore,
Acis erat. Sed sic quoque erat tamen Acis, in amnem
Versus, et antiquum tenuerunt flumina nomen.'

43. Glaucus.

(XIII 917—963.)

- 'Non ego prodigium nec sum fera belua,' Glaucus
'Sed deus' inquit 'aquae; nec maius in aequora Proteus
Ius habet et Triton Athamantiadesque Palaemon.
Ante tamen mortalis eram; sed scilicet altis
5 Debitus aequoribus, iam tum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces,
Nunc in mole sedens moderabar harundine linum.
Sunt viridi prato confinia litora, quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis;
- 10 Quas neque cornigeras morsu laesere iuvencae,
Nec placidae carpsistis oves hirtaevae capellae.
Non apis inde tulit collectos sedula flores.
Non data sunt capiti genialia sarta, neque umquam
Falciferae secunere manus. Ego primus in illo
- 15 Caespitem consedi, dum lina madentia sicco;
Utque recenserem, captivos ordine pisces
Insuper exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res similis fictae; sed quid mihi fingere prodest?

— 155. *temporis exiguum* s. zu 12, 146 *in gurgitis ima*. — 157. *mora* wie 3, 240. — 159. *Os* 'Oeffnung'. — 161. *cornua*, über die Hörner der Flussgötter s. zu 24, 6; über den Schilfkranz 24, 9 *redimitus*. — 162. *nisi quod* s. zu 11, 59. *caerulus* s. zu 3, 113. — 164. *antiquum* wie 2, 28.

Bei ihrer Rückkehr von Galatea stösst Scylla auf den vor Kurzem in einen Meergott verwandelten Glaucus, der am Oberkörper die Gestalt eines Mannes, am Unterkörper die

eines Fisches hatte. Von der wunderbaren Erscheinung erschreckt flieht sie auf einen Hügel am Meere, worauf ihr der Gott die Geschichte seiner Verwandlung berichtet. — 3. *Ius habet in* 'hat Gewalt über-', vgl. 4, 79. — 5. *Debitus* s. zu 26, 32. *exercebar* 'beschäftigte mich'. — 6. *modo*—*Nunc* wie 14, 59. — 7. *harundine* wie 19, 61. Die Bedeutung von *linum* ergibt sich dann von selbst. — 12. *flores* für den Blütenstaub und Honig; vgl. 47, 361 *florilegae apes*. — 13. *genialia* s. zu 27, 10. — 16. *ordine* s. zu 12, 60. — 17. *Insuper* = super caespitem. —

- 20 Gramine contacto coepit mea praeda moveri,
Et mutare latus, terraque, ut in aequore, niti;
Dumque moror mirorque simul, fugit omnis in undas
Turba suas, dominumque novum litusque relinquunt.
Obstipui, dubitoque diu causamque requiro,
25 Num deus hoc aliquis, num sucus fecerit herbae.
“Quae tamen has” inquam “vires habet herba?” manumque
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura sucos,
Cum subito trepidare intus praecordia sensi,
30 Alteriusque rapi naturae pectus amore.
Nec potui restare diu, “Repetenda” que “numquam
Terra, vale!” dixi, corpusque sub aequora mersi.
Di maris exceptum socio dignantur honore,
Utque mihi, quaecumque feram mortalia, demant,
35 Oceanum Tethynque rogant. Ego lustror ab illis,
Et purgante nefas noviens mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
Nec mora, diversis lapsi de partibus amnes
Totaque vertuntur supra caput aequora nostrum.
40 Hactenus acta tibi possum memoranda referre,
Hactenus haec memini; nec mens mea cetera sensit.
Quae postquam rediit, alium me corpore toto
Ac fueram nuper, neque eundem mente recepi.
Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam
45 Caesariemque meam, quam longa per aequora verro,
Ingentesque umeros, et caerulea bracchia vidi,
Cruraque pinnigero curvata novissima pisee.’

21. *mutare latus* ‘von einer Seite auf die andre springen’, wie auf dem Trocknen liegende Fische zu thun pflegen. *niti* ‘sich vorwärts bewegen’. — 23. *suas* wie 2, 6. — 26. *Quae* ist Präd.; Sinn: was ist es jedoch für ein Kraut, das diese Kräfte hat, vgl. 18, 16 *qua tamen e silva teneas hastile recisum, iam dudum dubito*. — 28. *Vix bene* wie 4, 78. — 30. *pectus* wie 4, 176. — *natura* h. ‘Element’, näml. das Wasser. — 31. *restare* = resistere, näml. *amori alterius naturae*, vgl. 7, 118. — 32. Den ‘Glaucussprung’, *Γλαύκων πηδῆμα*, zeigte man bei Anhedon, vgl. 16, 225 f. — 33. *socius honor* ‘die Ehre ihrer Gemeinschaft’. — 36. *nefas* das Unheilige od. Ungöttl. des sterblichen Wesens; *carmen* wie 16, 132; *noviens* = drei

mal drei mal, also noch wirksamer als ter, s. zu 16, 146. — 37. *fluminibus centum*, ähnl. wird Aeneas durch Flusswasser der Sterblichkeit entkleidet 45, 159 ff.; anders Hercules 25, 140 ff. — 38. *partibus* = regionibus. — 40. *memoranda* = memorabilia, s. zu 7, 69. — 41. *nec* wie 4, 408, mit *cetera* zu verbinden. — 42. *recepi me* ‘fand mich wieder’. — 44. *viridem ferrugine* ‘rostgrün’; man hat hier an den grünen Ueberzug zu denken, den die mit Kupfer gemischten Erze mit der Zeit erhalten. Ueber die grüne und blaue Farbe bei Wassergottheiten s. zu 3, 113. — 45. *verro* wie 39, 94 *cavitatem verrens*. — 46. *Ingentes*, weil er als Gott grösser ist als vorher, vgl. 42, 162. — 47. *Crura novissima* wie 8, 173 *novissima*

44. Polyphemos. Aeolos. Die Lästrygonen. Circe.

(XIV 155—309. 436—440.)

- Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem
Troïus Aeneas, sacrisque ex more litatis,
Litora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque substiterat post taedia longa laborum
5 Neritius Macareus, comes experientis Ulixei.
Desertum quondam mediis, en, rupibus Aetnae
Noscit Achaemeniden, improvisoque repertum
Vivere miratus, ‘Qui te casusve deusve
Servat, Achaemenide? Cur’ inquit ‘barbara Graium
10 Prora vehit? Petitur vestra quae terra carina?’
Talia quaerenti iam non hirsutus amictu,
Iam suus, et spinis conserto tegmine nullis,
Fatur Achaemenides: ‘Iterum Polyphemon et illos
Adspiciam fluidos humano sanguine rictus,
15 Hac mihi si potior domus est Ithaceque carina,
Si minus Aenean veneror genitore, nec umquam
Esse satis potero, praestem licet omnia, gratus.
Quod loquor et spiro caelumque et sidera solis
Respicio, possimne ingratus et immemor esse?’

cauda. — *curvata pinnigero pisee* ‘krumm in einen Fisch auslaufend’ poet. freier Gebrauch des Abl. für in piscem, vgl. 27, 20.

Nach langen Irrfahrten landet Aeneas bei Cumä in Italien und steigt daselbst mit Hilfe der Weissagerin Sibylla in die Unterwelt hinab. Aus dieser zurückgekehrt steuert er nach Caiëta, jetzt Gaëta (*litora nondum nutricis habentia nomen*), das jedoch erst jetzt diesen Namen von der Amme des Aen. Caiëta erhielt, die hier starb und beerdigt wurde, vgl. 45, 1 ff. — 1. *Euboica urbs*, Cumae, das eine Colonie des euböischen Chalcis war. — 2. *litare sacra* ist dichterischer und späterer Sprachgebrauch; gewöhl. *litare deo sacris*. — 3. *Litora adit* s. zu 3, 207. — 4. Verb. *Macareus quoque hic substiterat*; über die Stellung von *quoque* s. zu 3, 130; übers. ‘hier war es auch wo’. — *substiterat* ‘hatte Halt gemacht’, um sich daselbst niederzulassen. — 5. Durch *experientis* ‘er-

fahrungsreich’, drückt Ov. das homerische Beiwort des Ul. *πολύτροπος* (Od. I 1) aus. Der Gen. *Ulixei* ist von der Grundform *Ulixes* (griech. *Ὀδυσσεύς*) herzuleiten. — 7. Die Geschichte von *Achaemenides*, dem Gefährten des Ulixes, der in der Höhle des Cyclopen zurückgelassen, bei Aeneas, als dieser Sicilien berührte, Aufnahme fand, hat ausführlicher Verg. A. III 588 ff. Diesem u. Homer (Od. IX 287 ff.) folgt hier Ov. — 8. *qui* übers. nach 7, 103 *quod*.

11. Ov. bezieht sich hier auf die Schilderung bei Verg. aaO. *subito e silvis, macie confecta suprema, Ignoti nova forma viri miserandaque cultu Procedit supplexque manus ad litora tendit. Respicimus. Dira, inluvis immissaque barba, Consertum tegumen spinis; at cetera Graius*. — 12. *suus* ‘in seiner eigentl. Gestalt’. — 14. *adspiciam* conj. optat. in einer Bethenerung. — 15. *Hac carina*, näml. das des Aeneas, mit Bezug auf die Frage *cur barbara Graium prora vehit?* — *domus* ‘mein Vaterhaus’. — 18. *sidera solis*, Umschreibung für sol,

- 20 Ille dedit, quod non anima haec Cyclopi in ora
Venit, et, ut iam nunc lumen vitale relinquam,
Ut tumulo aut certe non illa condar in alvo.
Quid mihi tunc animi — nisi si timor abstulit omnem
Sensum animumque — fuit, cum vos petere alta relictus
- 25 Aequora conspexi? Volui inclamare, sed hosti
Prodere me timui: vestrae quoque clamor Ulixis
Paene rati nocuit. Vidi, cum monte revulso
Immanem scopulum medias permisit in undas:
Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
- 30 Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto,
Et, ne deprimeret fluctusve ictusve carinam,
Pertinui, iam me non esse oblitus in illa.
Ut vero fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam,
- 35 Praetemptatque manu silvas, et luminis orbis
Rupibus incursat, foedataque brachia tabo
In mare protendens gentem execratur Achivam,
Atque ait: "O si quis referat mihi casus Ulixen,
Aut aliquem e sociis, in quem mea saeviat ira,
- 40 Viscera cuius edam, cuius viventia dextra
Membra mea laniem, cuius mihi sanguis inundet
Guttur, et elisi trepident sub dentibus artus!
Quam nullum aut leve sit damnum mihi lucis ademptae!"
Haec et plura ferox. Me luridus occupat horror
- 45 Spectantem vultus etiamnum caede madentes
Crudelesque manus et inanem luminis orbem,
Membraque et humano concretam sanguine barbam.
Mors erat ante oculos; minimum tamen illa malorum.
Et iam prensurum, iam nunc mea viscera rebar

vgl. 3, 262. 4, 32. — 20. *anima* = vita. — 21. *ut* wie 4, 110. — 22. *illa* = illius. — 23. *Quid mihi tunc animi fuit* wie 3, 196. — *nisi si* s. zu 11, 193. — 26. *timere* c. inf. s. zu 3, 14. — Nachdem Ulixes den Cyclopien geblendet und sich mit seinen Gefährten auf das Schiff geflüchtet hatte, verspottete er von dort aus den Getäuschten, worauf jener zwei mal durch geschleuderte Felsstücke das Schiff zu zerschmettern suchte, Hom. Od. IX 475 ff. — 27. Hom. Od. IX 481 ἀπορηξας κορυφήν ὄρεος μεγάλου. — 28. *permisit* wie 37, 113. — 31. *fluctus*, die durch den Felswurf erregten Wogen. — 32. *Ordine oblitus, me iam non esse in illa.* — 35. *Prae-*

temptat 'betastet vor sich her'. — *luminis orbis* s. zu 7, 10. — 36. *tabo*, die der Augenhöhle entströmende Flüssigkeit. — 38. *Ulixen*, wie bei Corn. Nepos die Accus. *Themistoclen, Aristiden, Datamen.* — 43. *Quam nullum sit* 'wie sollte er mir für nichts gelten'. — *damnum lucis ademptae* 'der Verlust, der in dem entrissenen Auge besteht': gen. epexegeticus od. definitivus. — 44. *Haec et plura ferox* ohne Verbum dicendi s. zu 9, 7. *luridus horror* (χλωρόν δέος) s. zu 23, 66 *Frigus iners.* — 47. *Membra*, seine gewaltigen Gliedmassen. — 48. *minimum tamen illa malorum*, näml. im Vergleich zu der mir drohenden furchtbaren Art des Todes. — 49.

- 50 In sua mensurum, mentique haerebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum
Ter quater adffigi sociorum corpora terrae;
Quae super ipse iacens hirsuti more leonis
Visceraque et carnes cumque albis ossa medullis
- 55 Semi animesque artus avidam condebat in alvum.
Me tremor invasit, stabam sine sanguine maestus,
Mandentemque videns eiectantemque cruentas
Ore dapes, et frusta mero glomerata vomentem,
Talia fingebam misero mihi fata parari.
- 60 Perque dies multos latitans, omnemque tremiscens
Ad strepitum, mortemque timens cupidusque moriri,
Glande famem pellens et mixta frondibus herba,
Solutus, inops, exspes, leto poenaeque relictus,
Hanc procul adspexi longo post tempore navem,
- 65 Oravique fugam gestu, ad litusque cucurri,
Et movi: Graiumque ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratissime, casus
Et ducis et turbae, quae tecum est credita ponto.
Aeolon ille refert Tusco regnare profundo,
- 70 Aeolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:
Quos bovis inclusos tergo, memorabile munus,
Dulichium sumpsisse ducem, flatuque secundo
Lucibus isse novem, et terram adspexisse petitam.
Proxima post nonam cum sese aurora moveret,
- 75 Invidia socios praedaeque cupidine victos,

prensurum, das Subj. ergibt der Zusammenhang, s. zu 3, 80. — 50. *haerebat menti* s. zu 8, 18. — 51. *bina*, der Cyclop wiederholte diese Mahlzeit von je zwei Gefährten des Ul. drei mal. — 55. *semi animes* s. zu 11, 278. — 57. *videns*, in der Erinnerung. Ul. hatte dem Cyclopien, um ihn zu betäuben und dann desto leichter blenden zu können, Wein gegeben, der ihn so trunken machte, dass er die verschlungenen Fleischstücke wieder von sich gab. — 61. *mortemque timens cupidusque moriri*, die durch *que-que* bezeichnete Gleichzeitigkeit der Ggss. drücke im D. aus wie 20, 246 *et cupio et nequeo*. Vgl. unten 125 *et pulset et referam*. Die alte Infinitivform *moriri* deutet auf frühere Flexion nach der 4. Conj. Vgl. die Mischung in *orior, potior* u. *cupidus* c. inf. s. zu 7, 107 *conscendere ocior*. — 65. *fugam* h. 'Rettung'. — 66. *Et movi*, auch im

D. ohne bestimmtes Obj. 'und rührte'.

69. Die nun folg. Erzählung von den Abenteuern des Ul. bei Aeolos, den Lästrygonen und bei der Circe ist dem X. Buche der Odyssee entlehnt. — 70. *Aeolon Hippotaden*, wegen der Wiederholung s. zu 3, 175. — *Aeolon* s. zu 23, 74 *Caucason*. — 71. Aeolus gab dem Ul. auf seine Reise in einen Schlauch von Ochsenhaut (*tergo bovis*) verschlossene Winde mit. Als nun nach neuntägiger glückl. Reise bereits Ithaka (*terra petita*) in Sicht war, öffneten, während Ul. schlief, seine Gefährten den Schlauch, in der Meinung, dass Schätze darin seien; worauf die entfesselten Winde das Schiff wieder bis zu der Insel des Aeolus zurücktrieben. — 72. *Dulichium ducem* s. zu 38, 155. — 73. *Lucibus novem*, was erwartet man statt dessen? vgl. zu 26, 73 *septem diebus*. — 74. *sese*

- Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis:
 Cum quibus isse retro, per quas modo venerat undas,
 Aeolique ratem portus repetisse tyranni.
 'Inde Lami veterem Laestrygonis' inquit 'in urbem
 80 Venimus. Antiphates terra regnabat in illa.
 Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum;
 Vixque fuga quaesita salus comitique mihi que,
 Tertius e nobis Laestrygonis impia tinxit
 Ora cruore suo. Fugientibus instat et agmen
 85 Concitat Antiphates. Coeunt et saxa trabesque
 Coniciunt, merguntque viros merguntque carinas.
 Una tamen, quae nos ipsumque vehebat Ulixen,
 Effugit. Amissa sociorum parte dolentes
 Multaque conquesti terris adlabimur illis,
 90 Quas procul hinc cernis. Procul est, mihi crede, videnda
 Insula, visa mihi. Tuque, o iustissime Troum,
 Nate dea — neque enim finito Marte vocandus
 Hostis es, Aenea, moneo, fuge litora Circes,
 Nos quoque, Circaeio religata in litore pinu,
 95 Antiphatae memores immansuetique Cyclopi,
 Ire negabamus, sed tecta ignota subire
 Sorte sumus lecti; sors me fidumque Politen
 Eurylochumque simul nimiumque Elpenora vino
 Bisque novem socios Circaea ad moenia misit.
 100 Quae simul attigimus, stetimusque in limine tecti,
 Mille lupi mixtaeque lupis ursaeque leaeque
 Occursu fecere metum; sed nulla timenda,
 Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.
 Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
 105 Nostraque adulantes comitant vestigia, donec
 Excipiunt famulae, perque atria marmore tecta
 Ad dominam ducunt. Pulchro sedet illa recessu
 Sublimi solio, pallamque induta nitentem
 Insuper aurato circumvelatur amictu:
 110 Nereides Nymphaeque simul, quae vellera motis
 Nulla trahunt digitis nec fila sequentia ducunt:

moveret = appropinquaret. — 76. *Ordneratos aurum esse*. — 78. *Aeolius tyrannus* heisst Aeolus als Beherrscher der äol. Insel. — 82. *Vixque*, über *que* s. zu 12, 325. — 90. Das zweite *procul* ist zu betonen: 'Ja aus der Ferne nur muss man die Insel sehen', nicht aber selbst hingehen. — 91. *visa mihi*, 'die ich selbst gesehen oder besucht habe'. — 98. *vino* (abl. limit.), das Wein-

trinken, wie 47, 318; übers. 'der zu unmässig im Weingenuss war' (s. *Elpenor* in Reg. II). — 99. *bis novem* s. zu 35, 15. — 100. *simul* = simulatque. — 105. *comitant* s. zu 22, 79. — 107. *recessu* s. zu 3, 15. — 109. Mit *amictus* scheint hier ein schleierartiger Ueberwurf bezeichnet zu sein. — *simul*, sedent. — 111. *vellera trahunt* wie 39, 113 *pensa trahere* u. 8, 17 *ducere lanas*;

- Gramina disponunt, sparsosque sine ordine flores
 Secernunt calathis variasque coloribus herbas.
 Ipsa, quod hae faciunt, opus exigit; ipsa, quis usus
 115 Quoque sit in folio, quae sit concordia mixtis,
 Novit, et advertens pensas examinat herbas.
 Haec ubi nos vidit, dicta acceptaque salute,
 Diffudit vultus et reddidit omina votis.
 Nec mora, misceri tosti iubet hordea grani
 120 Mellaque vimque meri cum lacte coagula passo,
 Quique sub hac lateant furtim dulcedine, sucos
 Adicit. Accipimus sacra data pocula dextra.
 Quae simul arenti sitientes hausimus ore,
 Et tetigit summos virga dea capillos, —
 125 Et pudet, et referam — saetis horrescere coepi,
 Nec iam posse loqui, pro verbis edere raucum
 Murmur, et in terram toto procumbere vultu,
 Osque meum sensi pando occallescere rostro,
 Colla tumere toris, et qua modo pocula parte
 130 Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci,
 Cumque eadem passis — tantum medicamina possunt! —
 Claudor hara. Solumque suis caruisse figura
 Vidimus Eurylochum; solus data pocula fugit.
 Quae nisi vitasset, pecoris pars una manerem
 135 Nunc quoque saetigeri, nec tantae cladis ab illo
 Certior ad Circe ultor venisset Ulixes.
 Pacifer huic dederat florem Cyllenius album;

dagegen *fila ducunt* wie 8, 19 *deducere filum*. — 114. *exigit* h. 'untersucht, prüft'. — 115. *quae sit concordia mixtis* 'wie sie sich bei der Mischung vertragen'. — 116. *advertens*, animum (wie *προσέξειν* ohne *τὸν νοῦν*) 'mit Aufmerksamkeit'; *pensas*, den dienenden Nymphen zur Sichtung zugetheilt, wie sonst den Dienerinnen Wolle zum Spinnen dargewogen wurde. — 118. *Diffudit vultus* 'sie erheiterte ihr Antlitz', vgl. 11, 151 *diffudere animos*. Ggs. *contrahere*. — *reddidit omina votis* 'gab uns durch Wünsche (glückverheissende) Anzeichen'. — 119. *tosti grani* (gen. qual.) deren Körner gedörrt waren; kürzer? — 120. *vis meri*, nicht bloss Umschreib. v. merum. — *lac coagula passum* (v. *patior*) 'durch Lab geronnene Milch' = Käse wie 22, 53 *lactis massa coacti*. Ueber *coagula* s. zu 42, 99. Die geschilderte Mischung war ein

bei den Griechen beliebter Labetrunk, schon von Homer öfters erwähnt. — 122. *sacra* hier 'göttlich'. — 123. *simul* wie 100. — 125. *Et pudet et referam* s. zu 61. Man kann hier *et—et* durch 'zwar—doch' oder 'obwol—doch' wiedergeben. — 129. *qua parte*, corporis. — 133. *eadem passis*, seine auf gleiche Weise verwandelten Gefährten. — 132. *suīs*, nicht *suīs*; *caruisse* 'freigeblichen sein'. Eurylochus tritt bei Homer nicht mit in das Haus der Circe ein, sondern erlauscht vor der Thür das Schicksal seiner Genossen, das er dann eiligst dem Ulixes meldet. — 134. *pecoris pars una* wie 38, 100. — *manerem* genauer als im D. 'wäre geblieben'. — 135. *certior* st. *certior factus*. — 137. *Pacifer* heisst Mercur, weil er als Gesandter der Götter durch seine Schlaueit zu vermitteln versteht. Bei Homer be-
 gegnet Mercur dem Ul., wie er zur

- Moly vocant superi: nigra radice tenetur.
Tutus eo monitisque simul caelestibus intrat
140 Ille domum Circes, et, ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit et stricto pavidam deterruit ense.
Inde datis dextris sociorum corpora poscit.
Spargimur ignotae sucis melioribus herbae,
145 Percutiturque caput conversae verbere virgae,
colonos. suum vom Dichter vielleicht auf Ceres bezogen st. eius, wie 4, 217. — 125. *renov.* — *cond.*, Subj. bos. — 128. *Inscriptere deos sceleri* s. zu 27, 107. — 130. *labe carens*, die Opferthiere mussten ohne Makel sein. — 131. *vittis* s. zu 23, 20; *auro* zu 16, 154 *inducta cornibus aurum*. — 132. *ignava* 'ahnungslos'. — 134. *fruges*, die sog. *mola salsa*, ein Gemeng von geschrotetem Dinkel und Salz, welches man dem Thiere, bevor es geschlachtet wurde, auf die Stirn streute (dah. *immolare*). — 135. *in liquida unda*, zur Reinigung der Hände und Opfergeräthe wurde ein Gefäss mit Wasser hingestellt, in welchem das Opferthier das Spiegelbild des Messers vorher erblickt hat (*praevisos*). — 136. *viventi* wie *viva viscera* 42, 133; vgl. 48, 25 *trepidantia exta*. — 139. Das kurz ausgestossene *Audetis vesci?* worauf aller Nachdruck ruht, verräth die Aufregung des Sprechenden über das, was er für die grösste Abscheulichkeit hält. Der Gedankengang: u. wenn ihr dies Alles gethan habt, wagt ihr

auch das Fleisch der Opferthiere zu essen? Die vorhergeh. Frage *Unde* usw. soll nur im Voraus auf die Hauptfrage aufmerksam machen. — 140. Wie würde man statt *Ne facite* in Prosa, sagen?

143. Der Weise, im Begriff zu dem letzten Grunde gegen die Fleischspeisen, zur Lehre von der Seelenwanderung (Metempsychose) überzugehen, die er von den Aegyptern entlehnt hatte, kündigt dies mit besonderer Feierlichkeit an, weil er dadurch den Sterblichen zugleich die wichtigsten Aufschlüsse über ihr gegenwärtiges und zukünftiges Leben zu geben glaubt. Die Metempsychose ist auch der Grund, weshalb Ov. diese Lehren des Philosophen seinen Metamorphosen einverleibt hat. *movet*, zum Reden begeistert. — 143. *ora movet—ora moventem* s. 13, 89 *dantem*. — 144. *Delphos meos*, bildl. für den Schatz, der mir von der Gottheit eingegebenen Offenbarungen. Denn er stellte sich als gottbegeisterter Seher dar: dah. *oracula* ('Orakelstätte') u. 174 *vaticinor*. — 145. *Aethera*, res cae-

- Quaeque diu latuere, canam. Iuvat ire per alta
Astra; iuvat, terris et inertis sede relicta,
Nube vehi validique umeris insistere Atlantis,
150 Palantesque homines passim ac rationis egentem
Despectare procul, trepidosque obitumque timentes
Sic exhortari, seriemque evolvere fati:
O genus attonitum gelidae formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras et nomina vana timetis,
155 Materiem vatam, falsique pericula mundi?
Corpora, sive rogi flamma seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis:
Morte carent animae, semperque priore relicta
Sede novis domibus vivunt habitantque receptae.
160 Ipse ego — nam memini — Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Haesit in adverso gravis hasta minoris Atridae.
Cognovi clipeum, laevae gestamina nostrae,
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
165 Omnia mutantur, nihil interit. Errat et illinc
Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus

lestes. — *mens* wie 1, 76. — 148. *astra* meton. 'Himmelsraum'; *terris et inertis sede*, im Ggs. zu den segelnden Wolken: über *et* s. zu 3, 8. — 149. *umeris* s. zu 3, 170. Ueb. den *Atlas* als Berg vgl. 11, 43 ff. Er ist hier nicht nur wegen seiner Höhe genannt, sondern auch, weil auf seinen Schultern der Himmel ruht. — 150. *Palantes passim*, näml. in ihren Meinungen u. Entschliessungen, weil sie nicht von einer richtigen Erkenntnis der Dinge geleitet werden.

153. *gelidae mortis* s. zu 23, 66 *Frigus iners*. — 154. Die *Styx* bezeichnet wie der *Acheron* (33, 92) oft das Tottenreich selbst. — Verb. *tenebras et nomina vana periculaque falsi* ('erdichtet' wie 4, 7) *mundi materiem vatam* ('für Dichter'). Zur Erläuterung dient Cicero Tusc. I § 10 *num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocytii fremitus, travectio Acherontis, siti encatus Tantalus, Sisyphus; fortasse etiam inexorabiles iudices, Minos et Rhadamanthus?* — 157. *non ulla* nachdrückl. 'nicht die geringsten'. Sinn: Den Körper kann kein Leid mehr treffen, da er nicht mehr ist; die Seele aber ist unsterblich: also

braucht ihr den Tod nicht zu fürchten. — 158. *animae* für animi, wie Fast. I 297, denn *anima* ist die Seele als das mit einem organ. Körper verbundene Lebensprincip. — 159. *Sedes* = corpus wie 34, 40. Eben so *domus* vgl. 443. — 161. Ob dieses Vorgeben von Pythag. selbst oder von seinen Schülern herrührte, ist ungewiss; doch berichten es mehrere Schriftsteller. Den Tod des *Euphorbus* durch Menelaus erzählt Hom. II. XVII 9. — 163. *Cognovi clipeum*, Menelaus hatte den erbeuteten Schild des Euphorbus im Tempel der Juno zu Argos als Weihgeschenk aufgehängt. — 164. *Abanteis in Argis* vertritt die Stelle eines Attributes zu *templo*. Ohne Präpos. würde dieses Verhältnis unklar sein. — 165. *Omnia mutantur, nihil interit*, dh. Alles, was wir vergehen sehen, nimmt nur eine andere Gestalt an, geht nicht wirkll. zu Grunde. Auf diesen allgemein gültigen Lehrsatz gründet er seine Lehre von der Metempsychose. — *Errat* wird durch die folg. Worte erklärt; Subj. *spiritus* 'die Seele' wie 20, 264. — *illinc huc, hinc illuc*, ex uno corpore in alterum. — 166. *quoslibet artus, cuiuslibet animantis*

- Spiritus, eque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit ullo.
Utque novis facilis signatur cera figuris,
170 Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo — nec pietas sit victa cupidine ventris —
Parcite, vaticinor, cognatas caede nefanda
175 Exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis
Vela dedi: Nihil est toto, quod perstet, in orbe.
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu,
180 Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,
Nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda,
Urgeturque eadem veniens urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper. Nam quod fuit ante, relictum est,
185 Fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.
Cernis et emensas in lucem tendere noctes,
Et iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti.
Nec color est idem caelo, cum lassa quiete
Cuncta iacent media, cumque albo Lucifer exit

artus sive corpus. — 169. *facilis*, leicht zu behandeln 'biegsam'. — 173. *nec* h. u. 175 wie 4, 160. — *pietas* 'Pflichtgefühl', vgl. 109. — 174. *vaticinor* wie 13, 14. — *cognatas*, weil ja in getödteten Thieren Seelen von Menschen oder gar von unsern Verwandten wohnen können. Ausführlicher 444 ff.

176. Der 165 ausgesprochene Satz *omnia mutantur* gibt dem Dichter Gelegenheit den Pythag. noch eine lange Reihe anderer Verwandlungen aufzählen zu lassen, die uns bei Betrachtung der Natur und Welt aufstossen, bis er endlich 441 noch ein mal zur Metempsychose und zu seinen Vermahnungen gegen die animal. Kost zurückkehrt. Zuerst bis 246 bespricht er die allgemeinen Wandlungen der Zeit, der Tages- und Jahreszeiten, des Menschen und der Urstoffe. — *magno feror aequore*, bildl. von dem unermessl. Stoff, in dessen Mitte er sich durch die vortragenen Lehren versetzt sieht. Der ein mal angeregte Gegenstand

lässt ihn nicht innehalten, sondern treibt ihn zu immer fortgesetzter Betrachtung, wie ein Schiff auf weiter See, dessen Segel vom Winde geschwellt sind, immer weiter getrieben wird. — 177. Was ist vor *nihil est* zu ergänzen? s. zu 17, 31. Zum Sinn vgl. Herakleitos πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει. — 178. *imago* 'Erscheinung'; *vagans* 'wechselnd oder wandelbar' gehört zum Verbum. — 179. *Ipsa tempora*, im Ggs. zu dem, was in der Zeit geschieht; *labuntur*, weil das Bild vom Flusse entlehnt ist, s. zu 33, 191. — 180. *Neque enim* usw., Herakleitos hatte gesagt: ποταμοῖς δις τοῖς ἀντοῖς οὐκ ἔν ἐμβαλῆς. — 181. *levis* 'flüchtig'. — 182. *eadem* drückt hier die Gleichzeitigkeit aus und ist mit 'zugleich' wiederzugeben. — 184. *relictum est* 'liegt hinter uns'.

186. *emensas* 'wenn sie ihren Raum durchlaufen haben'. — *in lucem tendere* 'gegen den Tag drängen'. — 189. *albo equo*, wie Sonne und Mond, so legen die Dichter auch dem *Lu-*

- 190 Clarus equo; rursusque alius, cum praevia lucis
Tradendum Phoebus Pallantias inficit orbem.
Ipse dei clipeus, terra cum tollitur ima,
Mane rubet, terraque rubet cum conditur ima:
Candidus in summo est, melior natura quod illic
195 Aetheris est, terraeque procul contagia fugit.
Nec par aut eadem nocturnae forma Dianae
Esse potest umquam, semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.
Quid? non in species succedere quattuor annum
200 Adspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae?
Nam tener et lactens puerique simillimus aevo
Vere novo est; tunc herba recens et roboris expers
Turget et insolida est, et spe delectat agrestes.
Omnia tunc florent, florumque coloribus almus
205 Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
Transit in aestatem post ver robustior annus,
Fitque valens iuvenis; neque enim robustior aetas
Ulla, nec uberior, nec quae magis ardeat ulla est.
Excipit autumnus, posito fervore iuventae
210 Maturus mitisque, inter iuvenemque senemque
Temperie medius, sparsus quoque tempora canis.
Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper requieque sine ulla
215 Corpora vertuntur, nec, quod fuimusve sumusve,

cifer zuweilen Rosse und Wagen bei. — 190. Ordne cum Pallantias, praevia lucis, inficit orbem tradendum Phoebus; praevia c. gen., wie praenuntius. — 192. dei clipeus, die Sonnenscheibe, die mit einem glänzenden runden Schilde zu vergleichen sehr nahe lag, vgl. 42, 120. — 192. terra ima 'vom untersten Rande der Erde'. — 194. in summo 'auf der Höhe seiner Bahn'. — melior = purior. — Dianae = Lunae.

199. succedere h. 'der Reihe nach eintreten'. — 201. lactens h. 'milchoder saftreich', Fast. I 351 sata vere novo teneris lactentia sucis. — 205. virtus = robur 202. — 208. quae magis ardeat 'feuriger', vgl. 12, 107 nec quae magis audiat arcus. — 209. Excipere zuweilen 'unmittelbar folgen'. Mit ähnl. Weglassung des Obj. Liv. II 61, 1 turbulentior inde annus exceperit. Cäs. BG. VII

88, 2 utrimque clamore sublato excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. — 210. inter iuvenemque senemque, so auch 37, 290; es fehlt näml. der latein. Sprache ein Wort, das den Mann im Mannesalter bezeichnete, denn vir hat mit dem Lebensalter nichts zu schaffen. Auch Horaz, der a. p. 156 ff. die Lebensalter schildert, gebraucht die Ausdrücke puer, iuvenis, senex wie Ov., die dritte Stufe aber umschreibt er durch aetas virilis; Cic. sagt aetas media, daneben aetas iam constans, iam firmata (so auch Verg.) oder confirmata, iam corroborata uä.; Ov. unten 221 medii temporis und 223 aevi prioris. Die Griechen sagen οἱ τέλει οἱ ἄνδρες Xen. Cyrop. I 2, 12—15 (οἱ μεγάλοι ἄνδρες ebd. I 3, 14 wol nur in der Kindersprache). — 212. horrida 'schauernnd' vor Frost,

- Cras erimus. Iacuit primo sine viribus infans;
Mox quadrupes ritumque tulit sua membra ferarum,
Paulatimque tremens et nondum poplite firmo
Constitit, adiutis aliquo conamine nervis.
220 Inde valens veloxque fuit, spatiumque iuventae
Transit, et emeritis medii quoque temporis annis
Labitur occiduae per iter declive senectae.
Subruit haec aevi demoliturque prioris
Robora; fletque Milon senior, cum spectat inanes
225 Illos, qui fuerant solidorum mole tororum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, ut in speculo rugas adspexit aniles,
Tyndaris, et secum, cur sit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,
230 Omnia destruitis, vitiataque dentibus aevi
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Haec quoque non perstant, quae nos elementa vocamus:
Quasque vices peragant, — animos adhibete! — docebo.
Quattuor aeternus genitalia corpora mundus
235 Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoque
Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur;
Et totidem gravitate carent, nulloque premente
Alta petunt, aër atque aëre purior ignis.
Quae quamquam spatio distant, tamen omnia fiunt
240 Ex ipsis et in ipsa cadunt: resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas, tenuatus in auras

ziehe zu venit, wie unten 226 fluidos pendere.

219. conamen scheint hier ein Hilfsmittel zum Aufstehen, eine Stütze zu sein, ähnl. wie conamentum ein Werkzeug bedeutet Plin. nh. XIX 27 osseis ligneisve conamentis. — 220. spatium, Obj. — 221. emeritis annis, das Bild ist vom Soldaten entlehnt, der seine Zeit ausdient. — 224. Verb. flet Milon senior, fluidos ('schlaff') pendere lacertos, cum spectat inanes ('kraftlos') illos qui fuerant usw. — tori wie 37, 233. inanis Ggs. zu solidorum; Cic. de senect. §. 27 Milon Crotoniates cum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, adspexisse lacertos suos dicitur illacrimansque dixisse: At hi quidem mortui iam sunt. — 228. cur sit bis rapta, requirit, denn nach dem Verluste ihrer Schönheit

ist es ihr unerklärlich. Das erste mal hatte sie Theseus entführt. — 231. morte wie 3, 62.

234. quattuor, ein Anachronismus (s. zu 3, 56), denn die Lehre v. den vier Elementen ist erst von Empedocles aus Agrigent etwa hundert Jahre nach Pyth. aufgestellt worden. Empedocles aber lässt die Stoffe — u. das erfordert der Begriff des Elementes — nicht, wie hier Pyth., in einander übergehen; diese Lehre ist vielmehr die des Herakleitos aus Ephesos (o. 50 Jahre nach Pyth.), der desh. auch nur ein Element, das Feuer, annahm. genitalia corpora 'Zeugungs- oder Grundstoffe' 1, 9 semina rerum. Vgl. über diese 1, 21 ff. Fast. V 11 ff. — 237. nullo premente 'wenn sie Niemand niederhält'. — 239. spatio distent, 1, 25 dissociata locis. — 240. In ipsa cadunt 'sinkt in sie zurück'

- Aëraque umor abit dempto quoque pondere rursus,
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo:
245 Ignis enim deorsum spissatus in aëra transit,
Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur unda.
Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras:
Nec perit in tanto quicquam, mihi credite, mundo,
250 Sed variat faciemque novat; nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
Desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,
Haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
255 Crediderim. Sic ad ferrum venistis ab auro,
Saecula; sic totiens versa est fortuna locorum
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum; vidi factas ex aequore terras,
Et procul a pelago conchae iacuere marinae,
260 Et vetus inventa est in montibus ancora summis.
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit, et eluvie mons est deductus in aequor;
Eque paludosa siccis humus aret harenis,

löst sich in sie auf; vgl. zu 26, 18. — *que* wie 23, 24. — 242. *Aër* neben *aurae* übers. 'Dunst'. — *umor* s. zu 1, 19. — *dempto quoque pondere*, da das Wasser schwer, die Luft aber (nach Pyth. Annahme; — 1, 67 bezeichnet Ov. richtiger als gewichtlos nur den Aether) gewichtlos ist (237), so muss ersteres, um in Luft übergehen zu können, zuvor sein Gewicht verlieren. — 243. *superos ignes* s. zu 1, 23. — 244. *idem retexitur ordo* 'dieselbe Reihe (der Verwandlungen) wird rückwärts durchgemacht', wie wenn man ein Gewebe Faden für Faden wieder auftrennt. — 245. *deorsum* zweisilbig s. zu 3, 191. Ov. scheint hier den berühmten Ausspruch des Herakleitos $\delta\delta\delta\varsigma \acute{\alpha}\nu\alpha \nu\acute{\alpha}\tau\omega \mu\acute{\iota}\eta$, 'der Weg aufwärts u. abwärts ist derselbe' darzulegen. Mit der $\delta\delta\delta\varsigma \acute{\alpha}\nu\alpha$ (von Ov. durch *in superos ignes* angedeutet) meint Her. die allmähl. Verdünnung der gröberen Stoffe bis zur Feinheit des Feuers, mit der $\delta\delta\delta\varsigma \nu\acute{\alpha}\tau\omega$ (*deorsum* bei Ov.) die allmähl. Verdichtung des Feuelements bis zum Erdelement. In

V. 244 drückt Ov. das $\mu\acute{\iota}\eta$, die Einerleiheit (Identität) beider Wege aus. — 246. *tellus glomerata cogitur unda* 'Erde gerinnt zusammen aus verdichtetem Wasser'.

247. Von den allgemeinen Erscheinungen, welche dem Wechsel unterworfen sind, geht der Weise nun zu den besond. Veränderungen über, die sich hier und da auf der Erde und an ird. Dingen wahrnehmen lassen. Mit dichter. Freiheit wird darunter Manches aufgeführt, was erst in späterer Zeit geschah. Voran geht eine etwas weitere Ausführung des obigen Satzes: *omnia mutantur, nihil interit*, in welcher sich *Nec—Nec* entsprechen 'eines-theils nicht—andertheils nicht'. — 252. *illud idem, esse.* — *Cum* concessiv. — 253. *summa* 'seiner Gesamtheit nach'. — 255. *ad ferrum venistis ab auro, saecula*, vgl. den 2. Abschn. — 256. *fortuna* nicht 'Glück'. — 260. *in montibus summis*, nicht: auf den höchsten Bergen, s. zu 3, 134 *summa in ulmo.* — 262. *aequor* h. 'Ebene'. — 263. *E paludoso humo* 'nachdem er zuvor

- Quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.
265 Hinc fontes natura novos emisit, at illic
Clausit, et antiquis occulta tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut excaecata residunt.
Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
Exsistit procul hinc alioque renascitur ore.
270 Sic modo combibitur, modo tecto gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis.
Et Mysum capitisque sui ripaeque prioris
Paenituisse ferunt, alia nunc ire Caicum.
Nec non Sicianas volvens Amenanus harenas
275 Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.
Ante bibebatur, nunc, quas contingere nolis,
Fundit Anigrus aquas, postquam, nisi vatibus omnibus
Eripienda fides, illic lavere bimembres
Vulnera, clavigeri quae fecerat Herculis arcus.
280 Quid? non et Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?
Fluctibus ambitae fuerant Antissa Pharosque
Et Phoenissa Tyros; quarum nunc insula nulla est.
Leucada continuam veteres habuere coloni;
285 Nunc freta circumeunt. Zancle quoque iuncta fuisse
Dicitur Italiae, donec confinia pontus
Abstulit et media tellurem reppulit unda.
Si quaeras Helicen et Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aquis; et adhuc ostendere nautae
290 Inclinata solent cum moenibus oppida mersis.

sumpfig war'. *ea* wie *ab* 22, 1; *harenis* s. zu 293. — 264. *paludibus ument* entspricht dem *aret harenis*. — 266. *antiquis* wie 2, 28. — 267. *excaecata residunt* 'werden unsichtbar u. ziehen sich zurück'. — 269. *ore* wie 42, 159. — 270. Verb. *modo redditur* (postquam) *tecto gurgite lapsus* (est); *lapsus* s. zu 33, 191. — 271. *ingens* ist nur in so fern richtig, als er sogleich als ein wasserreicher Bach aus der Erde quillt. — 272. Verb. *Mysum Caicum.* — *capitis* wie 4, 286. — 273. *alia*, *ripa* (h. 'Bett' wie 25, 17). — 274. *Nec non* s. zu 16, 223. — 275. *Nunc interdum*, vgl. *modo—interdum* uä. 4, 220. 6, 77. 39, 143. — 278. *bimembres* s. zu 37, 71. Es soll der Centaur Chiron oder ein anderer Centaur gewesen und das Wasser durch das am Pfeile befindl. Gift

der lernäischen Hydra stinkend geworden sein. — 279. *clavigeri* ist epith. orn., s. zu 22, 17. — 281. *Qui fuerat dulcis*, er wird erst am Ende seines Laufes durch Aufnahme einer kleinen Quelle salzig. — 283. *Pharos* u. *Tyros* wurden erst durch Alexander mittels künstl. Dämme mit dem Festlande verbunden, s. zu 3, 56. — 284. *continuam* mit dem Festlande zusammenhangend. — 285. *Zancle*, dh. Sicilien, an der Stelle, wo Zancle liegt. Pompon. Mela II 115 *Sicilia aliquando ut ferunt continens et agro Bruttio adnexa, post freto maris Siculo abscissa est.* — 286. *confinia*, die gemeinsame Grenze, den Zusammenhang. — 287. *media* 'dazwischen drängend'. — *tellurem reppulit* 'drängte das Land (zu beiden Seiten) zurück'. — 288. Die genannten Städte ver-

- Est prope Pittheam tumulus Troezena, sine ullis
 Arduus arboribus, quondam planissima campi
 Area, nunc tumulus; nam — res horrenda relatu —
 Vis fura ventorum, caecis inclusa cavernis,
 295 Exspirare aliqua cupiens luctataque frustra
 Liberiore frui caelo, cum carcere rima
 Nulla foret toto, nec pervia flatibus esset,
 Extentam tumefecit humum, ceu spiritus oris
 Tendere vesicam solet aut direpta bicornis
 300 Terga capri. Tumor ille loci permansit et alti
 Collis habet speciem, longoque induruit aevo.
 Plurima cum subeant audita et cognita nobis,
 Pauca super referam. Quid? non et lympha figuras
 Datque capitque novas? Medio tua, corniger Ammon,
 305 Unda die gelida est, ortuque obituque calescit.
 Admotis Athamanas aquis accendere lignum
 Narratur, minimos cum luna recessit in orbes.
 Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
 Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.
 310 Crathis et hinc Sybaris nostris conterminus arvis
 Electro similes faciunt auroque capillos.
 Quodque magis mirum, sunt, qui non corpora tantum,
 Verum animos etiam valeant mutare, liquores.

sanken erst 373 v. Chr. durch Erdbeben. — 292. *campi area* 'Blachfeld'. — 293. *res horrenda relatu*, Appos. zum folg. Satze, vgl. 360 u. 368. — 295. *aliqua*, via. — *luctata* c. inf. wie 12, 74. 79. 37, 305 f. — 297. *nec pervia flatibus esset*, als Subj. entnimm aus den folg. Worten *humus*, u. betone *pervia extentam*. So ist zuweilen Subj. oder Obj. erst aus den folg. Worten zu ergänzen: 13, 124 *Mirantem potuisse* (superos) *irascensque, quod ausi Hoc essent superi*. 32, 61 *nulli (avi) satis aequus*, in omnes Saevit aves. 37, 9 *Sacra tulere suam* (partem), *pars est data cetera mensis*. 45, 131 *deponendi* (bella) *pudore Bella gerunt*. — 299. *direpta terga capri*, ein Schlauch von Bockshaut, vgl. 44, 71.

302. *subeant* wie 33, 130. — *agnoscere* bezeichnet hier neben *audire* das eigene Sehen und Beobachten, Corn. Nep. Att. 13, 7 *atque hoc non auditum, sed cognitum praedicamus*. — 303. *super*, ausser dem bereits Berichteten. — *figuras* in etwas weiterem Sinne mit Bezug auf das

eigentl. Thema der Metam., vgl. 1, 1. — 305. *unda*, auf der Oase des Juppiter Ammon, westl. von Aegypten. Curt. IV 7, 22 (Hammonis nemus) *in medio habet fontem—Solis aquam vocant. Sub lucis ortum tepida manat: medio die... frigida eadem fluit, inclinato in vesperam calescit, media nocte fervida exaestuat*. Die Beobachtung beruht auf Sinnestäuschung, die begreifl. wird, wenn man bedenkt, wie heiss dort die Luft bei Tage ist und wie kühl bei Nacht. — 306. Plin. nh. II 228 *In Dodone Iovis fons cum sit gelidus et immersas faces extinguit, si extinctae admoveantur, accendit*. — *admotis aquis* 'durch Annäherung ihres Wassers' an das Holz. — 309. Die beiden Relativsätze sind einander coordiniert. — *marmora* 'eine Steinkruste'. — 310. Mit *hinc* 'von dieser Seite her' scheint der Sprecher mit der Hand nach Norden zu deuten; denn Croton lag südl. von Stadt und Fluss Sybaris. — 314. *obscenae undae* der gen. qual. bei Eigennamen ist selbst dem Cicero

- Cui non audita est obscenae Salmacis undae,
 315 Aethiopesque lacus? quos quisquis faucibus hausit,
 Aut furit aut patitur mirum gravitate soporem.
 Clitorio quicumque sitim de fonte levarit,
 Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis:
 Seu vis est in aqua calido contraria vino,
 320 Sive, quod indigenae memorant, Amythaone natus,
 Proetidas attonitas postquam per carmen et herbas
 Eripuit furiis, purgamina mentis in illas
 Misit aquas, odiumque meri permansit in undis.
 Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
 325 Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
 Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.
 Est lacus Arcadiae, Pheneum dixere priores,
 Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto:
 Nocte nocent potae, sine noxa luce bibuntur.
 330 Sic alias aliasque lacus et flumina vires
 Concipiunt. Tempusque fuit, quo navit in undis,
 Nunc sedet Ortygie. Timuit concursibus Argo
 Undarum sparsas Symplegadas elisarum,
 Quae nunc immotae perstant ventisque resistunt.
 335 Nec, quae sulphureis ardet fornacibus, Aetne
 Ignea semper erit; neque enim fuit ignea semper.
 Nam sive est animal tellus et vivit habetque
 Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
 Spirandi mutare vias, quotiensque movetur,
 340 Has finire potest, illas aperire cavernas:
 Sive leves imis venti cohibentur in antris,

nicht fremd, jedoch nur da möglich, wo sich das Appellativum (h. 'ein Quell') leicht aus dem Eigennamen entnehmen lässt. Vgl. 49, 97 *spissi litoris Antium*, ergänze 'ein Ort'. Uebers. 'die S. mit ihrer verweichlichenden Kraft'. Man schrieb jener Quelle entmannende Wirkung zu. — 318. *Vina* 'den Weingenuss'. — 321. *Proetidas* s. Reg. II. — *carmen* hier 'Beschwörungsformel', vgl. 16, 132. — 322. *purgamina mentis*, was zur feierl. Reinigung od. Entsöhnung gedient hatte, wurde hinterrücks mit abgewendetem Gesicht in fließendes Wasser oder ins Meer geworfen. — 323. *odium meri*, die Töchter des Prötus waren durch Bacchus in Wahnsinn versetzt worden. — 324. *Lyncestius* ist nicht Attribut ('der Lycestische'), sondern Name des Flusses. — 327. *Pheneus*,

dies Gewässer hiess auch Styx. — 328. *Ambiguus* 'von doppelter Natur'. — 330. *alias aliasque* dh. sehr mannigfaltige. — 331. *navit in undis Ortygie* s. zu 13, 45. 14, 21. — 332. *sedet* 'sitzt fest'. — Ordne *Argo timuit Symplegadas* (dh. die zusammenschlagenden, v. *συνπλήσσω*; s. zu 16, 62), *sparsas concursibus undarum elisarum* 'bespritzt vom Zusammenschlagen der zerspaltenen Wogen'. Denn die durch die Bewegung der Felsen zerspaltenen Wogen schlagen, sobald jene Raum geben, mit Gewalt zusammen. — 337. Derselbe Satzbau wie 11, 25. 30, 37. Der Nachsatz des ersten Gliedes beginnt 339 mit *spirandi*. — *animal* 'ein lebendes Wesen': so nahmen die Pythagoreer und später die Stoiker an. — 340. Der Sinn von *finire* ergibt sich aus dem

- Saxaque cum saxis et habentem semina flammae
Materiem iactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinquentur sedatis frigida ventis:
345 Sive bitumineae rapiunt incendia vires,
Luteave exiguis ardescunt sulphura fumis;
Nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammae
Non dabit absumptis per longum viribus aevum,
Naturaeque suum nutrimentum derit edaci,
350 Non feret illa famem, desertaque deseret ignes.
Esse viros fama est in Hyperborea Pallene,
Qui soleant levibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam noviens subiere paludem.
Haud equidem credo: sparsae quoque membra veneno
355 Exercere artes Scythides memorantur easdem.
Siqua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nonne vides, quaecumque mora fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
In scrobe delectos mactatos obrue tauros, —
360 Cognita res usu — de putri viscere passim
Florilegae nascuntur apes, quae more parentum
Rura colunt operique favent in spemque laborant.

Ggs. *aperire*. — 342. Ordne et cum *saxa saxis* (= in saxa) et *materiem semina flammae habentem iactant, ea* (materies) *ictibus ignem concipit*. Der Nachsatz beginnt mit *antra*. 'Oder sei es dass in den untersten Höhlen flüchtige Winde eingeschlossen sind, und dass, wenn sie Steine gegen einander und gegen feuerstoffhaltige Materie herumschleudern, diese von den Stößen Feuer fängt, so usw.' Wegen des Dat. *saxis* s. zu 4, 19 *caelo brachia porrexit*. — 345. *rapiunt incendia*, weil dieser Stoff ausserordentl. schnell Feuer fängt, s. zu 16, 282 *nigrum rapuere colorem*. — 346. *exiguus*, der Schwefel verbrennt mit wenig Rauch. — 347. Nachsatz: *Nempe ubi terra usw., non feret illa* (natura edax flammae) *famem*. — 349. *derit* s. zu 1, 77 *derat*. — 350. *famem* in Bezug auf *edax*. — *deserta*, nutrimentis suis; *deseret* dh. wird es nicht mehr unterhalten. — 352. *velari corpora plumis* dh. sich in Vögel zu verwandeln; *corpora* s. zu 3, 103 *tectus vultum*. — 354. *sparsae* 'durch Besprengung'. — 355. *artes easdem*, wie 352 angegeben ist.

356. 'Wenn jedoch eine Bestätigung durch erprobte Dinge hinzuzufügen ist? Die vorhergeh. Wunderberichte mussten auf Treu und Glauben hingenommen werden; zur Bestätigung ihrer Möglichkeit beruft sich daher der Philosoph auf andere, wie er meint, erwiesene und nicht minder wunderbare Verwandlungen aus dem Thierreiche. Zu *rebus probatis* vgl. 360 *cognita res usu* und 368 *res observata colonis*. — 357. *fluido*, nach 23, 66 *Frigus iners* zu erklären: im D. 'auflösend'. — 358. *in parva animalia*, Insekten und Würmer, s. zu 3, 264; die gleich folg. Irrthümer beruhen gleichfalls auf oberflächl. Beobachtung. — 359. *delectos mactatos obrue tauros* = *delectos tauros macta et obrue*; *delectos*, denn man glaubte, dass besonders bei zwei- bis dritthalbjähr. Rindern diese Wirkung eintrete. — 361. *Florilegae apes* s. zu 43, 12. — *parentum* 'ihrer Erzeuger', der Stiere, aus denen sie entstanden sind. — 362. *Rura colunt* 'arbeiten im Feld'. — *operi favere* 'die Arbeit lieben, fleissig sein'. — 363. *Pressus humo* = *obrutus*; *bellator*

- Pressus humo bellator equus crabronis origo est.*
Concava litoreo si demas brachia cancro,
365 Cetera supponas terrae, de parte sepulta
Scorpius exhibit caudaque minabitur unca.
Quaeque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineae — res observata colonis —
Ferali mutant cum papilione figuram.
370 Semina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus; mox apta natando
Crura dat, utque eadem sint longis saltibus apta,
Posterior partes superat mensura priores.
Nec catulus, partu quem reddidit ursa recenti,
375 Sed male viva caro est: lambendo mater in artus
Fingit, et in formam, quantam capit ipsa, reducit.
Nonne vides, quos cera tegit sexangula, fetus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci,
Et serosque pedes serasque adsumere pennas?
380 Iunonis volucrem, quae cauda siderea portat,
Armigerumque Iovis, Cythereïadasque columbas,
Et genus omne avium mediis e partibus ovi,
Ni sciret fieri, quis nasci posse putaret?
Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
385 Mutari credant humanas angue medullas.
Haec tamen ex aliis generis primordia ducunt;
Una est, quae reparat seque ipsa reseminet, ales:
Assyrii phoenica vocant. Non fruge neque herbis,
Sed turis lacrimis et suco vivit amomi.
390 Haec ubi quinque suae complevit saecula vitae,

equus, vgl. 6, 56 *victor hostis*. 23, 17 *raptores lupi*. 32, 112 *vastator ferus*. — 368. *tineae* h. 'Raupen'. — 369. *feralis* heisst *papilio*, weil er als Sinnbild der Seele oft auf Grabmälern dargestellt wurde. — 371. *generat truncas pedibus*, die sog. Kaulpadden, aus denen sich erst der wirkl. Frosch entwickelt. — 373. *posterior mensura* für *posteriorum partium mensura*. — 374. *Nec catulus* (est) 'auch ist es kein Junges', dh. es sieht nicht aus wie ein wirkl. junges Thier. — 375. *male* = *vix*, s. zu 7, 222. — *caro* 'ein Fleischklumpen'. — *in artus fingit* 'gestaltet es zu Gliedmassen'. — 376. *formam, quantam capit ipsa* 'die mächtige Gestalt, die sie selbst einnimmt'. — 378. *sine membris corpora* 'als-', s. zu 1, 20 *sine*

pondere. — 379. *seros-seras* s. zu 1, 4 *perpetuum*. — 380. *Iunonis volucris*, der Pfau. — 381. *Armigerum Iovis* s. zu 27, 66 *alite*, *quae posset sua fulmina ferre*. — *Cythereïadas columbas*, vgl. 45, 157. — 383. *Betone sciret* und *putaret*. — 385. *Mutari angue* s. zu 8, 148 *palmitum mutantur*.

386. *Haec*, alle die genannten Thiere. — 388. *phoenica*, die Sage von dem fabelhaften Vogel Phönix stammte aus Aegypten und hing mit dem Sonnencultus dieses Volkes zusammen, der seinen Hauptsitz in Heliopolis (Sonnenstadt) in Unterägypten hatte. Man schilderte den Phönix als dem Adler ähnl., mit rothem und goldenem Gefieder. — 389. *lacrimae* von den aus der Rinde schwitzenden Harztropfen wie 4, 395.

- Ilicis in ramis tremulaeve cacumine palmae
 Unguibus et puro nidum sibi construit ore.
 Quo simul ac casias et nardi lenis aristas
 Quassaque cum fulva substravit cinnama murra,
 395 Se super inponit, finitque in odoribus aevum.
 Inde ferunt, totidem qui vivere debeant annos,
 Corpore de patrio parvum phoenicia renasci.
 Cum dedit huic aetas vires, onerique ferendo est,
 Ponderibus nidi ramos levat arboris altae,
 400 Fertque pius cunasque suas patriumque sepulcrum
 Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
 Ante fores sacras Hyperionis aede reponit.
 Desinet ante dies, et in alto Phoebus anhelos
 Aequare tinget equos, quam consequar omnia verbis
 405 In species translata novas. Sic omnia verti
 Cernimus, atque illas adsumere robora gentes,
 Concidere has. Sic magna fuit censuque virisque
 Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,
 Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas
 410 Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.
 [Clara fuit Sparte, magnae viguere Mycenae,
 Nec non et Cecropis, nec non Amphionis arces;
 Vile solum Sparte est, altae cecidere Mycenae;
 Oedipodioniae quid sunt, nisi fabula Thebae?
 415 Quid Pandioniae restant, nisi nomen, Athenae?]
 Nunc quoque Dardanium fama est consurgere Romam,
 Appenninigenae quae proxima Thybridis undis
 Mole sub ingenti rerum fundamina ponit,

— 392. *puro*, mit Bezug auf *non fruge neque herbis sed* usw. — 393. *lenis* 'mild', denn es wird Oel daraus gewonnen, vgl. 16, 270 *mitis olivae*. — 394. *Quassa cinnama* 'Stücke von Zimmetrinde'. — 398. *esse oneri ferendo* 'im Stande sein eine Last zu tragen'. — 401. *potitus* wie 12, 5. — *Hyperionis urbs*, Heliopolis. — 402. *Ante fores sacras* und *aede* stehen nicht in Widerspruch: es ist der Raum vor der Thür des eigentl. Heiligthums zu denken, der aber bereits zum Tempel gehörte. Die Wiederholung des Namens hebt die Beziehung des Phönix zum Sonnengott mehr hervor.

403. Eine bei Dichtern und Prosaikern häufig wiederkehrende Wendung, um eine unendl. Fülle des Stoffes zu bezeichnen. Vgl. 20, 273.

— 404. *consequi verbis* 'mit Worten erreichen', = vollständig aufzählen. — 405. *omnia*, mit Nachdruck 'Alles' ohne Ausnahme. — 407. *magna fuit*, Subj.? s. zu 2, 13. — *censu* 'Reichthum' s. zu 7, 80. — 409. *humilis* 'dem Erdboden gleich'. — 411 ff. Der Dichter geräth hier aus der Zeit des Pythagoras in seine eigene, wo die genannten griech. Städte nach Verlust ihrer polit. Bedeutung nur noch berühmte Namen waren. — 412. Die Messung *Cecropis* ist selten. — 416. *Nunc quoque* (s. zu 3, 73) usw., der verbindende Gedanke ist: noch jetzt wechselt (steigt oder sinkt) die Macht von Städten. — *Dardanium*, weil die Römer von den Troern (Dardāni) abstammten. — 418. 'Es legt den Grundstein der Herrschaft unter

- Haec igitur formam crescendo mutat, et olim
 420 Immensi caput orbis erit. Sic dicere vates
 Faticinasque ferunt sortes; quantumque recordeo,
 Dixerat Aeneae, cum res Troiana labaret,
 Priamides Helenus flenti dubioque salutis:
 "Nate dea, si nota satis praesagia nostrae
 425 Mentis habes, non tota cadet te sospite Troia.
 Flamma tibi ferrumque dabunt iter. Ibis, et una
 Pergama rapta feres, donec Troiaequae tibi que
 Externum patria contingat amicus arvom.
 Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
 430 Quanta nec est nec erit, nec visa prioribus annis.
 Hanc alii proceres per saecula longa potentem,
 Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
 Efficiet. Quo cum tellus erit usa, fruuntur
 Aetheriae sedes, caelumque erit exitus illi."
 435 Haec Helenum cecinisse penatigero Aeneae
 Mente memor refero, cognataque moenia laetor
 Crescere, et utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
 Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
 Exspatiemur equis: caelum et quodecumque sub illo est
 440 Immutat formas, tellus et quidquid in illa est.

einen gewaltigen Bau', der sich darauf erheben soll. — 421. *quantum recordeo*, aus der Zeit, wo er als der Troer Euphorbus lebte (160). — 423. *Priamides* s. zu 38, 147. — *dubio salutis* s. zu 11, 273 *timidus deorum* und 33, 31 *certus eundi*.

424. *notum habeo* = notum mihi est. — 426. *dabunt iter*, indem sie dich unversehrt lassen werden. — 427. *Pergama rapta* 'das (den Flammen) entrafte Pergamum', dh. die Heiligthümer der Stadt und die Penaten (*sacra* 41, 2), an die sich die Hoffnung auf Fortdauer und eine neue Zukunft der Stadt knüpfte. Verg. A. I 68 *Ilivm in Italiam portans victosque Penates*. Desh. 435 *penatigero Aeneae*. — *Pergama* s. zu 1, 2 *coepites* unter A. — 429. *Phrygios nepotes*, die Enkel der Trojaner; *debere urbem* 'sind es (dem Schicksal) schuldig eine Stadt zu gründen', weil das Schicksal es so bestimmt hat, vgl. 38, 103 *debita Troianis spicula fatis*. — 431. Beachte die Ggss. *alii proceres*—*de sanguine natus Iuli*, *potentem*—*dominam rerum* (wie 4, 426). — 432.

de sanguine natus Iuli (s. zu 1, 82 *Iapeto*), Augustus, der von seinem Grossoheim Julius Cäsar adoptiert worden war. Dieser leitete aber seinen Ursprung von *Iulus*, dem Sohne des Aeneas, ab. — 433. *erit usa* 'genossen haben wird'; *fruuntur aetheriae sedes*, dh. er wird unter die Götter versetzt werden, s. zu 20, 226. — 434. *caelum*, die Aufnahme in den Himmel. Wie man bereits den Julius Cäsar unter die Götter versetzt hatte, so pflegte auch die Schmeichelei jener Zeit die Apotheose des Augustus vorauszuverkünden. S. zu 3, 14. 50, 6. — 435. *canere* 'weissagen'. Wegen des Hiatus im 5. Fusse s. zu 4, 275. — 436. *Mente refero* wie 27. — *cognata*, weil Pythag. als Euphorbus Trojaner gewesen war. — 437. *utiliter Phrygibus*, in wie fern?

438. *longe* 'zu weit', s. zu 4, 192 *leve*. Der Weise vergleicht sich mit einem Wagenlenker, dessen Rosse das Ziel aus dem Auge verloren haben (s. zu 176 *magno feror aequare*); so hat auch er sich von seinem ursprüngl. Thema, dem Fleischge-

- Nos quoque, pars mundi, quoniam non corpora solum,
Verum etiam volucres animae sumus, inque ferinas
Possumus ire domos pecudumque in corpora condi:
Corpora, quae possint animas habuisse parentum
445 Aut fratrum aut aliquo iunctorum foedere nobis,
Aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus,
Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.
Quam male consuescit, quam se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura ferro
450 Rumpit, et immotas praebet mugitibus aures!
Aut qui vagitus similes puerilibus haedum
Edentem iugulare potest, aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos! Quantum est, quod desit in istis
Ad plenum facinus? quo transitus inde paratur?
455 Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis;
Horriferum contra borean ovis arma ministret;
Ubera dent saturae manibus pressanda capellae.
Retia cum pedicis, laqueos artesque dolosas
Tollite, nec voluerem viscata fallite virga,
460 Nec formidatis cervos inludite pennis,
Nec celate cibus uncos fallacibus hamos.
Perdite, siqua nocent, verum haec quoque perditae tantum:
Ora vacent epulis, alimentaue mitia carpant!
Talibus atque aliis instructo pectore dictis
465 In patriam remeasse ferunt, utroque petitum
Accepisse Numam populi Latiaris habenas;
Coniuge qui felix Nympha ducibusque Camenis
Sacrificos docuit ritus, gentemque feroci
Adsuetam bello pacis traduxit ad artes.
470 Qui postquam senior regnumque aevumque peregit,
Exstinctum Latiaeque nurus populusque Patresque

nusse, weit abführen lassen; jetzt lenkt er schliessl. darauf zurück. — 441. *pars mundi*, mithin auch der Verwandlung unterworfen. — 442. *volucres* 'leicht beschwingt', dah. im Stande leicht ihren Aufenthalt zu vertauschen. — 443. *domos* s. zu 159. — 444. *habuisse* s. zu 3, 14 *dicisse*. — 446. *honesta* 'in Ehren', so dass wir uns scheuen, sie zu verletzen. — 447. *mensae*, 'Gerichte'. — 448. *cruori humano*, kurz für ad sanguinem hum. effundendum. — 452. *potest* wie 16, 334. — 453. *isti*, verächtl., wie oft, 'solche Leute'. — 454. *ad plenum facinus*, wie es der Dichter im eisernen Zeitalter

beschreibt 2, 54 ff.; *quo* = ad quae facinora, vgl. 106 *fecit iter sceleri*. — 456. *arma*, vgl. 116 *pecus in tuendos homines natum*. — *nec* wie 4, 160. — 460. *formidatis pennis*, bei Treibjagden wurde ein Bezirk durch Leinen mit bunten Federn (*formidines*) eingegrenzt, durch die das Wild sich durchzubrechen scheute. — 462. *perditae tantum* vgl. 110. — 463. *epulis*, ex illorum carne paratis. 465. *petitum*, zum König begehrt; *ultra*, ohne dass er sich darum bewarb. — 467. *Coniunx Nympha*, die Nympe Egeria, von der es Fast. III 275 heisst: *Egeria est, quae praebet aquas, dea grata Camenis: Illa*

- Deflevit Numam. Nam coniunx urbe relicta
Vallis Aricinae densis latet abdita silvis,
Sacraque Oresteae gemitu questuque Dianae
475 Perturbat, montisque iacens radicibus imis
Liquitur in lacrimas, donec pietate dolentis
Mota soror Phoebi gelidum de corpore fontem
Fecit, et aeternas artus tenuavit in undas.

48. CIPUS.

(XV 552—621.)

- Et Nymphas tetigit nova res, et Amazone natus
Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glaebam mediis adspexit in arvis
Sponte sua primum nulloque agitante moveri,
5 Sumere mox hominis terraeque amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fatis; —
Indigenae dixere Tagen, qui primus Etruscum
Edocuit gentem casus aperire futuros —:
Utve Palatinis haerentem collibus olim

Numae coniunx consiliumque fuit. — 472. *Nam* wie 13, 126. 4, 360. — 473. In der Nähe von Aricia war der berühmte Hain der Diana (daher *memoralis Aricia* Fast. VI 59), wo Egeria verehrt ward. — 478. *tenuavit in undas*, so von Cyäne 12, 153 *in illas extenuatur aquas*.

Die wunderbare Verwandlung der Egeria (*nova res* s. zu 9, 10) ergreift die ihr befreundeten Nymphen, die Camenen (s. zu 47, 467), und setzt den Gott Virbius, der neben der Diana zu Aricia verehrt wurde und für ein und dieselbe Person mit Hippolytus, dem Sohne des Theseus und der Amazone Hippolyte, galt (daher *Amazone natus*), in starres Erstaunen. Davon wird Gelegenheit genommen in Form eines Vergleiches (ähnl. wie 26, 64f.) drei andere Verwandlungen anzuknüpfen, die beiden ersten jedoch nur im Vorübergehen. — 2. Eigentl. sollte es heissen *quam Tyrrhenus arator stupuit, cum* usw. Und eben so 9 *utve Romulus stupuit, cum* usw. und 14 *aut Cipus stupuit, cum* usw. Die Sage von Tages erzählt Cic. de divin. II § 50 *Tages quidam*

*dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur et sulcus altius esset impressus, exstitisse repente et eum adfatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius adpectu cum obstipuisset bubulcus clamoremque maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse. Tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint litterisque mandaverint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinae disciplina contineretur. — 3. Fatalem, weil sich daran die vom Schicksal bestimmte Erscheinung des Tages knüpfte. — 6. *recentia* 'eben erst geschaffen'; *ora venturis aperire fatis* s. zu 3, 19 *ora solvere talibus modis*. — 8. *casus aperire futuros*, haruspicinam, die Kunst aus Anzeichen, besonders aus den Eingeweiden der Opferthiere zu weisagen, die vorzugsweise von den Etruskern geübt wurde.*

9. *Romulus* soll einst vom aventin. nach dem palatin. Hügel eine Lanze geschleudert haben, die dort

- 10 Cum subito vidit frondescere Romulus hastam,
Quae radice nova, non ferro stabat adacto,
Et iam non telum, sed lenti viminis arbor
Non exspectatas dabat admirantibus umbras:
Aut sua fluminea cum vidit Cipus in unda
- 15 Cornua. Vidit enim, falsamque in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem saepe relatis,
Quae vidit, tetigit; nec iam sua lumina damnans
Restitit, ut victor domito veniebat ab hoste,
Ad caelumque oculos et eodem bracchia tollens
- 20 'Quidquid', ait 'superi, monstro portenditur isto,
Seu laetum est, patriae laetum populoque Quirini,
Sive minax, mihi sit!' Viridique e caespite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras,
Vinaque dat pateris, mactatarumque bidentum,
- 25 Quid sibi significant, trepidantia consulit exta.
Quae simul adspexit Tyrrhenae gentis haruspex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
Non manifesta tamen. Cum vero sustulit acre
A pecudis fibris ad Cipi cornua lumen,
- 30 'Rex', ait 'o salve! Tibi enim, tibi, Cipe, tuisque
Hic locus et Latiae parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moras, portasque intrare patentes

festgewurzelt und zum Baum geworden sei. Daran knüpfte sich die Sage, dass Rom so lange blühen werde, wie der Baum grüne; *Palatinis collibus* s. zu 46, 100 *Romuleos colles*. — 12. *lenti viminis*, der Starrheit des dünnen Speerschaftes gegenüber.

14. Valer. Max. V 6, 3 *Genucio Cipo praetori paludato portam egredienti novi atque inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius subito veluti cornua ereperunt, responsumque est: regem eum fore, si in urbem revertisset. Quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum sibimet indicit exilium.* Näheres über Cipus ist nicht bekannt. Ov. lässt ihn, wie 18 und 41 zeigen, als siegreichen Feldherrn an der Spitze seines Heeres zurückkehren, als das Wunder geschieht. Bei den Alten galten Hörner als Symbol der Stärke und Macht, Ov. Ars. am. I 239 *tum* (im Weinrausch) *pauper cornua sumit*. — 15. *Vidit enim* dient zur Bestätigung des vorherg.

vidit, was durch 'wirklich' bezeichnet werden kann. Vgl. 33, 28 *quo magis hos novi, nam novi*. 7, 208 *trepidum, iam trepidum*. — *falsam fidem* trügerische Zuverlässigkeit = 'Täuschung'. — 21. *Zu patriae laetum ist sit* heraufzunehmen. — 22. *mihi* (minax) *sit*. — 23. *Placat aras*, der Altar metonym. für die Gottheit, der er errichtet war (vgl. 17, 102); *odoratis*, durch hineingeworfenen Weihrauch. — 24. *pateris*, Ablat. — 25. *trepidantia* wie 47, 136 *ereptas viventi pectore fibras*. — 26. *simul* = simulatque. — *Tyrrhenae gentis haruspex*, die Römer bedienten sich etruscischer haruspices, s. zu 8. — *adspexit*, nicht inspexit, wie sonst vom Betrachten der Opfer eingeweide gewöhnlich ist (47, 137), weil ihn gleich der erste Anblick über das bevorstehende wichtige Ereignis belehrt. — 27. *rerum molimina* 'Staatsumwälzung'. — 28. *Non manifesta*, von welcher Art näml. sie sein werde. — 31. *Latiae arces*, synekdochisch für Romanae

- Adpropera: sic fata iubent. Namque Urbe receptus
Rex eris, et sceptro tutus potiere perenni.'
- 35 Rettulit ille pedem, torvamque a moenibus Urbis
Avertens faciem 'Procul, a! procul omina' dixit
'Talia di pellant; multoque ego iustius aevum
Exsul agam, quam me videant Capitolia regem!'
Dixit; et extemplo populumque gravemque senatum
- 40 Convocat, — ante tamen pacali cornua lauro
Velat — et aggeribus factis a milite forti
Insistit, priscosque deos e more precatus
'Est' ait 'hic unus, quem vos nisi pellitis urbe,
Rex erit. Is qui sit, signo, non nomine dicam:
- 45 Cornua fronte gerit; quem nobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas inrumpere apertas,
Sed nos obstitimus, quamvis coniunctior illo
Nemo mihi est. Vos urbe virum prohibete, Quirites;
- 50 Vel, si dignus erit, gravibus vincite catenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.'
Qualia succinctis, ubi trux insibilat eurus,
Murmura pinetis fiunt, aut qualia fluctus
Aequorei faciunt, siquis procul audiat illos:
- 55 Tale sonat populus. Sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminent una: 'Quis ille est?'
Et spectant frontes, praedictaque cornua quaerunt.
Rursus ad hos Cipus 'Quem poscitis', inquit 'habetis!'
Et capiti dempta, populo prohibente, corona

= Capitolium, vgl. 47, 466 *populi Latiaris*.

35. *Rettulit pedem* 'trat (erschrocken) zurück'. — *torvus* drückt hier den entschlossenen Ernst in der Miene aus. So Horat. von Regulus, der ebenfalls sich dem Vaterlande zum Opfer bringt, *fertur virilem torvus humi posuisse vultum*. — 38. *Capitolia* s. zu 3, 14 *Palatia*. — 40. *pacali*, Plin. nh. XV 133 *ipsa* (laurus) *pacifera, ut quam praetendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium*. — 41. *aggeribus*, da die Versammlung ausserhalb der Stadt und nicht an dem gewöhnl. Platze stattfindet, so werfen die Soldaten eine Erhöhung von Rasen auf, die zur Rednerbühne (tribunal, suggestus) dient. — 42. *e more*, die Comitien wurden von dem Vorsitzenden durch ein Gebet eröffnet. —

43. *quem vos nisi pellitis urbe, rex erit*, Verschränkung des Relativsatzes mit seinem Nebensatze st. qui, nisi eum pellitis, rex erit, vgl. 11, 374. — 45. *augur* h. für haruspex. — 46. *famularia iura dare*, Sklavenrechte verleihen, zu Sklaven machen ist dem Wesen nach gleich mit *regia iura reddere* 46, 77, nur von der andern Seite betrachtet, wie ja Freiheitsstrafe = Gefängnisstrafe, Lebensstrafe = Todesstrafe. — 48. Vgl. 7, 150; *quamvis est* s. zu 4, 208.

52. *succinctis pinetis*, s. zu 27, 18 *succincta comas pinus*. — 55. *Tale sonat* s. zu 27, 61 *diversa sonarent* — 59. *populo prohibente* übers. nach 11, 218 *se prohibente*. Man wollte nicht dulden, dass er, der so würdig war den Kranz zu tragen, denselben abnehme.

- 60 Exhibuit gemino praesignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes gemitumque dedere,
Atque illud meritis clarum — quis credere possit? —
Inviti videre caput; nec honore carere
Ulterius passi, festam inposuere coronam.
- 65 At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu.
Cornuaque aeratis miram referentia formam
- 70 Postibus insculpunt, longum mansura per aevum.

49. Aesculapius.

(XV 622 — 744.)

- Pandite nunc, Musae, praesentia numina vatum, —
Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas —
Unde Coroniden circumflua Thybridis alveo
Insula Romuleae sacris acciverit urbis.
- 5 Dira lues quondam Latias vitiaverat auras,
Pallidaque exsanguisqualebant corpora tabo.
Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
Temptamenta nihil, nihil artes posse medentum,
Auxilium caeleste petunt; mediamque tenentes
- 10 Orbis humum Delphos adeunt, oracula Phoebi,
Utque salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit tantaeque urbis mala finiat, orant.
Et locus et laurus et, quas habet ipse, pharetrae

